

E. 19. num. 21.

11

DE  
GRAVAMINIBVS RELIGIONIS  
AVCTORITATE IVDICIOR  
IMP. TOLLENDIS

COMMENTATIO

AVCTORE

1771, 2  
D. CAR. HENRICO GEISLERO

SER. MARCH. BRAND. CONS. AVL. ET PROF. IVRIS PVBLICI  
IN ACADEMIA FRIDERICA ALEXANDRA

---

ERLANGAE  
IN TABERNA WALTHERIA  
A. C. CIDICCCLXXI



GRAVAMIBVS RELIGIONIS  
AVCTORITATE IVDICIOR  
IMP. FOLLANDIS

ASSONENSIS

ASSONENSIS

D. CAR. HENRICO GEISERO

ET ALII

ASSONENSIS

ASSONENSIS

ASSONENSIS



§. I.

*Constitutio caussae.*

**D**e iure ac potestate iudiciorum imperialium tollendi grauamina religionis scribere adgressus vix monendum arbitror, quo sensu in hac disputatione grauamina religionis dicantur. Si quid enim, vt his solis exemplis vtar, ab Imperatore ipso contra disciplinam et descriptionem rei ecclesiasticae admissum esse dicitur, oritur exinde quidem grauamen religionis, sed de quo oppido pateat, in iudiciis imperii agi non posse. Similiterque vbi Catholicorum aliquis contra iura et Concordata N. G. a Pontifice iniuriam sibi factam contendat, potest hoc quidem, quemadmodum a MOSERO VIRO Perill. *von Reichstagsgeschaeften* L. IV. c. 6. §. 3. iam est obseruatum atque ex GEORGII instituto planius intelligitur, eo nomine compelli et ad Imperatorem adeo referri, quandoquidem de huiusmodi rebus, vti vel solius CRAMERI de iur. nobil. auit. p. 136. sqq. atque ESTORIS de appell. ad cur. Rom. p. 71. auctoritate constat, multae saepius et graues Capitulorum Ordinisque Teutonici querelae apud eum auditaе fuerunt. Neque id tamen, quod pariter facile est intellectu, lites aduersus Pontificem instituendae causa, sed quo Imperator ex Capitulatione Art. XIV. §. 1. 2. 3. factis intercedat, et quod An. MDCCCLXIV. per epistolam Collegii Electoralis apud CRAMERVM Vir. Perill. To. XLVIII. *der Wezl. Nebenst.* p. 108. seqq. ei denuo commendatum esse nouimus, iura ac libertatem Germanorum aduersus Pontificem auctoritate sua tueatur. Nam si quae forte de huiusmodi causis lites in iudicio ipso suscipiuntur, aut mandata etiam decernuntur, vti tum alias in controuersis super statu nobilitatis Germanicae aut collatione praebendarum subortis, tum inprimis nuper in decantata illa causa Eybiana, vnde MOSERVS To. I. *des N. Reichsstaats Handb.* p. 362. epistolam illam Collegii Electoralis non

A

impro-

improbabili coniectura repetit, accidisse nouimus: res non est cum Pontifice, sed cum iis potius, qui in rebus, quarum ille aut nullum aut circumscriptum saltem ius habet, interposita religionis causa auctoritate eius abusi videntur. Itaque vel sola commemoratio iudiciorum imperialium ostendit, huc trahi non posse, nisi quae a ciue aut subdito quodam imperii orta sint. Qua quidem in re etsi cum **FFEFFINGERO** ad **Vitriar. T. IV. p. 596.** vix putauerim, grauamina religionis non vocari debere, nisi in litigantibus adsit diuersitas sacrorum, sed inter eiusdem quoque religionis consortes controuersias incidere posse putauerim, de quibus in iudiciis imperii hoc nomine agi queat: plerumque tamen inter adfectas diuersorum sacrorum existunt, ac per se quidem neutri parti propria sunt. Sed de Euangelicis tamen, postquam transactum tandem fuit de bonis ecclesiasticis aliisque rebus, vnde Catholici olim causam conquerendi sumere solebant, aut nullas aut paucissimas saltem et quemadmodum apud **SCHAVROTHIVM** **To. III. Concl. Corp. Euang. p. 164.** illi aliquando scripserunt, plerumque leues querelas Catholicorum audieris. Contra vero Catholicos Euangelici aduersus iura de religione et ecclesia inter vtramque partem rite constituta tot locis ac modis suscepisse multa conqueruntur, vt horum grauaminum incredibilis paene copia existat, ac nomen ipsum iis fere proprium factum esse videatur. Itaque hoc tempore, quo haec lites tandem de consensu Euangelicorum ad summa iudicia imperii deductae fuerunt, rem non eam quidem nouam, neque inutilem tamen me facturum esse arbitror, si exinde mihi post complures alios imprimisque post **KORTHOLTVM** *de abusu doctrinae, quod in causis P. IV. executio citra processum locum habeat* (**Giesl. 1750.**), quem quidem libellum a **MOSERO von Teusfibland** p. 444. aliisque valde laudatum consequi nondum potui, argumentum scribendi sumero, atque istam rationem tollendi grauamina religionis, quantum quidem ad res et iura singulorum potissimum pertineant, paullo curatius explicuero.

§. II.

*Iudiciis imp. aduersati videntur primum Evangelici.*

Etenim primum omnium non defuerunt, qui huius rei potestatem iudicii imperii fere detrahere viderentur, neque negari potest, Legatos Euangelicorum ipsos quandoque ita propemodum locutos, tamquam improbatis omnibus aliis harum litium dirimendarum modis rem omnem aut a Directoribus circulatorum aut a commissionibus peculiaribus pendere existimarent. In memorabili quidem illa epistola, vt antiquiora mittam, quam An. 1610 cccxx. ad Carolum VI. Imp. miserunt, apud SCHAVROTHIVM To. II. p. 806. inter alia scribunt: *Sinds aber Dinge, die durch die Friedens-Schlüsse und Reichsgesetze vorhin ausgemacht, folglich es nur auf deren Beobachtung ankommt; So haben Fiscalat-Aemter und Reichsgerichte sich desfalls nicht zu bemühen, sondern es geboeret dieses etc.* Eademque ratione non modo inter se An. 1610 cccxxi. communi suffragio *ibid.* p. 848. constituerunt: *die aeltere Beschwerden sollen ohne einigen von denen Reichs-Gerichten zu formirenden Process executive hergestellt werden, entweder durch die Creysß-ausschreibende Fürsten desselben oder nachstangene Creysße, oder aber, wenn die gravirte darum ansuchen, durch absonderlich verordnete Kayß. Commissarios, welche das factum in loco untersuchen, darüber erkennen, und die execution ohne einigen Absprung oder provocation an gedachte Reichsgerichte vollstrecken,* sed ad Imperatorem quoque To. III. p. 141. An. 1610 cccxxvi. his verbis vsi sunt: *Es gelanget an E. K. M. unser Bitten, numbreo foerdersamst Commissiones ad loca zu ertheilen. Solches ist der einzige modus, die sich aeußernde Religions-Beschwerden abzuthun, welchen die Reichs-Gesetze statuiren und vor ictzo auf einen neuen zu versallen etc.* Atque infecuto etiam tempore (neque enim omnia eiusmodi loca colligere lubet) hanc sententiam Evangelici tueri subinde vsi, sunt. Nam cum inter proximi belli tumultus Consilium Imp. aulicum complures, pro quibus Corpus Euang. Imperatorem

olim implorauerat, in *den R. H. C. de An. 1710 CCLXI. p. 381. sqq. et p. 476. sq.* causas in iudicium rite deducere iussisset, nouimus, qui hanc sententiam admodum grauius ferrent, atque Euangelicis adeo hac de re per litteras *To. XIII. der N. STAATSC. p. 266. sqq.* exponerent. Deinde etiam extincto bello, posteaquam Imperator satisfactorius maxime epistolae Collegii Electoralis in *SELECT. IVR. PVBL. NOV. To. XLVII. p. 44. sqq.* iudicia imperii lites ex hoc genere ad se delatas sententiis quanto citius dirimere iusserat, atque haec etiam de iis haut constantiter persequendis. edicta *To. XXVII. der N. STAATSC. p. 300. sqq.* procuratoribus promulgauerant: Euangelici hanc uiam compositionis ualde lubricam existimare uisi sunt, negantes quippe, ut apud *MOSERVM To. I. der N. R. Staats H. p. 72. sq.* reperio, de his causis iure apud iudices experiendum. Esse hoc potius legibus sapienter constitutum, ut sibi de iis apud Imperatorem conquererentur, ipse statim sine mora decerneret, decreta sibi ostenderet ac deinceps peragi curaret. Atque eadem fere in litteris ante hoc quadriennium hac de re ad Imperatorem scriptis *To. XXI. der N. STAATSC. p. 245. sqq.* statuerunt, atque inter alias calamitatis suae causas hanc in primis esse ostenderunt, quod de his grauissimis difficilibus plerumque ac diuturnae lites susceptae fuissent, neque res adeo acta esset eo modo, quem tum leges dudum definiuissent, tum uero etiam ipse rerum usus unum omnium maxime conuenientem et efficacem esse satis demonstraret. Se quidem, quod ab Imperatore, tamquam a primario executori pacis Westphalicae, saepius petiissent, nunc cum maxime rogare, ut hoc remedium tandem malo adhiberet, singulisque locis constitueret, qui causis liquidis statim ac sine mora, illiquidis instituta breui cognitione finem facerent, remque adeo Euangelicam ad statum annorum normalium ubique redigerent.



## §. III.

*Deinde vero leges ac iura.*

Ac videntur sane leges ipsae et rationes publici iuris iudicia imperii in hac causa prorsus excludere. Nam primum constans est, et ab ipsis Catholicorum praeceptis ducta sententia Euangelicorum, quam nuper denuo in causa Mollensi ad rogationem Legati Hannouerani To. XXV. *der N. STAATSC.* p. 233. fqq. fortiter defenderunt, causas ecclesiasticas, ad quas grauamina religionis ex demonstratione BOEHMERI V. A. in Obsf. iur. can. p. 164. fqq. haut dubie pertinent, ab illis esse alienas. Deinde dicas licet, quod utique verum est, grauamina religionis esse quidem et dici causas ecclesiasticas, sed oriri tamen fere omnia ex violatione pacis religiosae et Westfalicae, cuius exsequendae et tuendae cura Imperatori data sit: tamen Imperator non potest hac in re a legibus recedere. Iam vero primum iis, quae I. P. O. Art. XVI. §. 2. 3. sancita fuerunt, nulla plane inest iudiciorum imperialium mentio, sed cautum potius, ut a Directoribus Praefectisque circularum aut aliis etiam, quibus ex voluntate restituendorum hoc mandatum esset, auctoritate Imperatoris omnia peragerentur. Quo loco quidem eo magis aliquis in eam, quam dixi, opinionem induci potest, quo magis etiam in Rec. Exec. ac R. I. N. §. 191. in hac causa non commemorantur, quoue magis ille paullo post pacificationem in Comitibus Ratisbonensibus, cum superflite adhuc maxima pacificantium parte sensus verborum ignorari nondum posset, ita fere acceptus videtur. Nam cum Euangelici To. I. ACT. COMIT. p. 342. postulauissent, ne Consilium Imp. aulicum ites ex pacis formula subortas iudicaret aut decreta eius de huiusmodi rebus rata essent: Catholici quidem *ibid.* p. 366. fq. haec postulata magnopere improbabant, pactisque aduersari contendebant, sed propterea maxime, quod vniuerse proposita essent atque ea adeo, quae de amnestia conuenissent, facile euertere possent. Tan-

tum enim aberat, vt restitutiones ex capite grauáminum aperte iurisque aliqua necessitate ad iudicia imperii referrent, vt potius decreta Consilii Imp. aulici de huiusmodi rebus sola integritate iudicantium factoque et exemplis vltro Imperatorem atque iudices aduentium excusare quodammodo tentarent.

§. IV.

*Denique ipsa natura causarum.*


Sed praeterea obesse etiam videtur, quemadmodum non solum a Legatis Euangelicorum in *Modo Procedendi* passim edito, sed a TREVERO quoque de opt. rat. comp. d. ff. relig. p. 24. aliisque obseruatum est, quod eadem pace Art. XVII. §. 3. porro cautum fuit, *ne contra hanc transactionem in petitorio aut possessorio seu inhibitorii seu alii processus vquam decernerentur.* De controuersiis autem et rebus ecclesiasticis ita tum conuenerat Art. V. §. 14. 25. vt *unicum solumque huius transactionis, restitutionis obseruantiaeque futurae fundamentum esset die prima Ianuarii An. MDCCXXIV. habita possessio, neue A. C. addicti posthac in habita vel recuperata possessione vilo modo turbarentur, sed ab omni persecutione iuris et facti perpetuo tuti essent ac bona, in quorum reali possessione dicto tempore fuissent, tranquille et imperturbate possiderent, neutrique parti liceret alteri seu in iudicio seu extra negotium facessere.* Itaque ille locus P. O. quod HOFMANNVS V. A. de die decret. p. 53. iam admonuit, ad transactionem de rebus ecclesiasticis eo magis referri debet, quo minus ad restitutionem ex capite amnestiae petrahi potest. Nam haec quidem, vti paullo ante Catholicos monuisse vidimus, secundum ipsum I. P. Art. III. §. 2. et R. E. §. 3. petitorium non excludit, adeo vt cum in congressu Executionis Erskinius, Orator Suecorum, naturam vtriusque restitutionis temere commiscuisset, et si qua de restitutione subnasceretur controuersia, eam ad petitorium promiscue able-

ablegasset, Evangelici To. II. AC. R. EXSEC. p. 223. hoc indig-  
nissime ferrent. Quodsi vero in causis ecclesiasticis, quae  
per P. W. ex capite grauaminum compositae sunt, neque  
possessorio neque petitorio locus est, sed res omnis ab an-  
no normali pendet, grauamina religionis per ipsam naturam  
suam a iudiciis imperii plane remota videntur, praefertim  
cum in plerisque non tam agatur de causa priuatorum,  
quam potius de tuendo iure, quod per pacta et leges vni-  
uersis eiusdem religionis adfectis tributum fuit, adeo vt  
degenerent fere in causas publicas, de quibus nullam esse  
iudiciorum imperialium cognitionem satis constat. Legati  
quidem Euangelicorum tum alias saepius, tum inprimis in  
causa Hohenloica apud SCHAVROTHIVM T. I. p. 856. sq.  
hoc argumento aduersus iudicia imperii vsi videntur, loco  
valde memorabili, quem, quia est classicus atque hanc cau-  
sam omnem egregie explicat, lubenter huc transcripserim,  
nisi paullo fuerit verbosior. Sed euolui debet ab omnibus,  
qui huius argumenti vim perspicere cupiunt. Ac videtur  
in vniuersum, vt vno complectar omnia, hac de re prope-  
modum dubitari non posse, cum Imperator ipse notissimo  
Capitulationis loco, quem Euangelici saepius excitarunt,  
Art. I. §. 11. disertis verbis se non admitturum sponderit,  
vt super eiusmodi causis lites in iudiciis instituatur: *wo  
auch selbige (Euangelici) sich gegen das Instrumentum pacis,  
Nürnbergischen Executions Recesss, arktioerem modum exequendi  
und andre Reichs Constitutiones beschweret zu seyn erachteten,  
S. u. W. wir uns auf ihre samt oder sonders an uns ihuende  
Vorstellungen ohne allen Anstand obgedachten Reichsgrund-  
gesetzen gemaeß entschliessen, sofort sothane unsere Entschliessung  
denenelben zu wissen thun, solche auch obngefaeuert zum  
wüecklichen Vollzug bringen, keinesweges aber in causis reli-  
gionis Prozesse verstaten, sondern darunter lediglich oberweh-  
nten Reichsgrundgesetzen nachgehen. Wie wir ein gleiches auch  
denen der Carbolischen Religion versprechen.*

§. V.

*Sed distinguenda sunt grauamina.*

Enimvero haec omnia non efficiunt id, quod obiter rem intuentibus forsitan efficere videntur. Quod vt plane intelligatur, ante omnia in hac quaestione grauamina religionis ipsa adcurate discerni velim, quae cum omnia posita sint in violatione iuris, quo in re sacra et ecclesiastica inter vtramque partem vtendum, pro diuersitate modi, quo hoc ius constitutum est, necessario et ipsa diuersa sunt, adeoque ex violatione aut legum imperii vniuersalium aut conventionum peculiarium omnia nascuntur. Nam etsi iura vtriusque religionis in Germania per pacem religiosam et Westfalicam maxime definita fuerunt, possunt tamen priuatim quoque de his rebus pacta iniri, quibus aut omiſſa suppleantur, aut constituta curatius describantur, aut nonnulla denique aliter constituantur. Hoc posterius quidem STRECKIUS V. A. de guar. pact. relig. p. 15. recte ait difficultate non carere, ac reperio inprimis Catholicos in pacificatione Westfalica To. IV. ACT. PAC. p. 68. sq. id magnopere negasse. Verum cuique tamen, nisi res coniuncta est cum causa aliorum, fauori suo ex notissima iuris communis regula renunciare licet, estque adeo ipsa P. W. quae iura vtriusque religionis ex statu normali vnice aestimari iubet, Art. V. §. 31. diferte cautum, vt *haec omnia semper et vbiq; obseruarentur, donec de religione Christiana vel vniuersaliter vel inter status immediatos eorumque subditos mutuo consensu aliter fuerit conuentum.* Vnde necessario consequitur, quod ex verbis ipsis colligi potest atque a STRVBENIO Viro Perill. To. II. Resp. p. 43. cum aliis copiosius demonstratum fuit, vt loca P. W. Art. V. §. 33. et Art. XVII. §. 3. quibus aduersus illam sententiam cautum videtur, ne contra istam pacem *transactiones vllae aut pacta vniquam audirentur, allegarentur, aut admitterentur, neue pacta inter status imp. immediatos eorumque status provinciales et subditos de exercitio reli-*



religionis inita rata manerent, nisi quatenus observantiae dicti  
anni non aduersarentur, de pactis et transactionibus ante  
pacem initis accipi debeant. Nam quod alio etiam loco  
Art. V. §. 25. *omnia et anteriora et secuta pacta* irrita di-  
cantur, in hoc facile est intellectu rationem haberi trans-  
actionis Passauiensis et pacis religiosae, adeoque facto tem-  
poris discrimine iis, quae de seruando statu anni normalis  
constituta fuerunt, et derogare pacta et non derogare pos-  
sunt, saluo tamen suo modo iure reformandi. Iam vero  
non solum loca ex epistolis decretisque Euangelicorum supra  
excitata omnia pertinent ad eam classem grauaminum, quae  
ex imminutione iuris publici ducuntur, sed huc etiam, quod  
in Capitulatione inprimis verba ipsa docent, referendae sunt  
auctoritates legum, quas attuli, nec possunt adeo ad alte-  
rum, quod posui, grauaminum genus pertrahi, illud nempe,  
quod neglectu ac violatione conuentionum peculiarium con-  
stat. Inde enim ipso R. E. §. 3. ac R. I. N. §. 191. fanci-  
tum, vt causae legibus subessent, et quod in causa Hohen-  
loica ap. SCHAVROTHIVM To. I. p. 809. inprimis factum  
esse nouimus, Euangelici saepius dederunt operam, vt huius  
vel illius grauaminis hanc esse naturam ostenderent. Possit  
quidem obiici, quod haec pacta de religione priuatim inita  
per ipsam P. W. Art. V. §. 31. et Capit. Art. I. §. 8. et Art.  
II. §. 3. rata facta fuerint. Verum hoc minime efficit, vt  
in tollendis grauaminibus ex eorum violatione ortis eodem  
plane, quo in reliquis, iure vtendum sit. Sed quemadmo-  
dum in epistola quadam Euangelicorum ap. SCHAVROTHIVM  
To. I. p. 163. sq. res est explicata, eo tantum pertinet, vt  
iudicia imperii aduersus haec pacta, de quibus religiose ser-  
uandis tum olim Tom. IV. ACT. PAC. p. 1018. plane me-  
morabilis vox Seruientii, Oratoris Gallici, exstitisse legitur,  
tum hoc etiam seculo Catholici apud SCHAVROTHIVM To.  
II. p. 854. grauiter censuerunt, numquam ius dicant, sed si  
sint legitima et valida, ex iis simpliciter decernant.

B

§. VI.



## §. VI.

*Ex pactis peculiaribus oriunda necessario pertinent ad iudicia imperii.*

Quod si quis igitur in re ecclesiastica contra pactum aliquod peculiare iniuriam ab alio accepisse sibi videtur, in eiusmodi causa, nisi forte guarantia pacto addita exceptionem faciat, sola iudicia imperii adeunda sunt. Equidem cum Catholicis potissimum scriptoribus abuti nolo loco I. P. Art. XVII. §. 7. qui huc non pertinet. v. *Saml. einiger Schrifften von der im W. F. erlaub. Selbsthülfe* (Lipf. 1756. 4.) p. 4. Sed STRUBENIVS tamen To. IV. Hor. Subl. p. 318. et To. II. Resp. p. 27. iam adcurate animaduertit, tum demum, cum quis contra ipsius pacis tabulas laesum se queratur, auctoritati Directorum Ducumque circularium, vel suo modo etiam armis locum datum esse, *salua tamen*, vt diserte est eod. Art. §. 6. *de cetero vnus cuiusque iurisdictione iustitiaeque iuxta cuiusque Principis aut status leges et constitutiones competenti administratione.* Iam vbi pacta plana sunt, neque dubitationem admittunt, res est facilis ac tractari debet eodem modo, quo grauamina religionis ex violatione legum orta, legitima fortasse dixeris, in iudiciis imperii tractanda esse infra ostendetur. Modo enim de iniuria constat, mandata de restituendo vel non amplius turbando statim decerni debent, cum huc maxime pertineant, quae de vi et sanctitate eiusmodi pactorum dicta sunt. Contra vero vbi pactorum, quae quis violata queritur, ambiguus est sensus vel vis etiam incerta, res, quantum hoc quidem licet in causis ecclesiasticis, quae grauaminibus religionis semper subesse videntur, secundum ordinem et praescriptum iuris communis est tractanda, dixerimque hoc intelligi ex ipsa Capitulatione. Quae cum Art. I. §. 3. ad pacta religionis, contra quae Ordinibus (debet autem hoc propter Art. II. §. 3. ad reliquos omnes transferri) iniuriam fieri vetat, diserte

ferte requirat, vt sint legitima et valida, hoc ipfo contrarias exceptiones admittere videtur. Sed cauendum tamen est hoc loco maximopere, ne huc pertrahantur cauffae, de quibus cum iam fatis effet cautum legibus, deinde priuatis quoque pactis, vti faepius factum nouimus, maioris fecuritatis cauffa praeter neceffitatem eundem plane in modum conuenit. Quod fi enim fuper eiusmodi re grauamen religionis oriatur, habendum est pro legitimo, et cauffa adeo, fi ad iudicia imperii defertur, agenda eo modo, quem huic generi grauaminum in iudiciis dirimendo conftitutum videbimus. Namque in eiusmodi cauffa grauatus iure ne adftrictus quidem est ad fola iudicia imperii, ac fieri etiam poteft, vt tota lis, fi redeat forte ad interpretationem iuris, de qua Catholicis Euangelicisque non conuenit, ab iis plane fit aliena, cum pacta legitimam rebus qualitatem detrahare nequeant ac iudiciis imperii, quemadmodum apud SCHAVROTHIVM To. II p. 531. reperio, *ex legibus quidem, fed non de legibus iudicandum fit. Equidem huc potiffimum retulerim, quod MOSERVS de pact. et priuil. circa relig. §. 121. fe qua lis oriatur fuper pactis vel priuilegiis circa religionem vel ecclethastica, quatenus contineant ea, quae fint iuris publici, folam obtinere fcribit amicabilem compositionem, iurisdictione fummorum imperii tribunalium plane ceffante.* Tantum enim abeft, vt omnes fuper eiusmodi conuentionibus controuerfias a iudiciis imperii alienas crediderit, vt potius ipfe aliquot eius rei exempla attulerit, pactorumque horum confirmationem praeter neceffitatem plerumque ab Imperatore peti *ibid. §. 62. fcripferit, quo magis partes abftinerent a priuilegii pactiue violatione, quoue promptius aduersus violatores adeffet iudicis auxilium.* Atque alio etiam loco *ibid. §. 8* hanc opinionis fuae effe vim euidentius oftendit.



## S. VII.

*Judicia imp. etiam in legitimis non prorsus exclusa  
ab Evangelicis.*

Verum vt ab hoc pacto grauaminum genere ad alteram eorum classem veniamus, Euangelici ne ea quidem grauamina religionis, quibus de violatione iuris publici agitur, aut ante aut post P. W. a iudiciis imperii prorsus remouerunt. Cuius rei demonstrandae causâ ex antiquiore aetate, de qua multa actorum publicorum loca id testantur, lubet tantum adscribere, quae apud LEHMANNVM de pac. relig. lib. II. p. 97. ab Imperatore postulasse leguntur: *Wir bitten bey der hochsten Justitien des Cammergerichts auch E. Maestaet Hoff-Rath diese Verordnung thun zu lassen, das sie dem Betraengren (sermo erat de pace religiosa) und Beschwerten Theil iederzeit gebührende Hülffe fürderlich mittheilen, insonderheit aber in diesen und dergleichen Fällen die Mandata anders nicht dann sine clausula erkannt werden.* Similiterque alio eiusdem loco lib. II. p. 221. potestatem Camerae imperialis in hoc genere causarum cognoscendo decretis aliquot Catholicorum circumscriptam fuisse vehementer conqueruntur. Vnde haec etiam in pacificatione Westfalica Catholicos, qui Camerae imperiali Consilioque imp. aulico harum causarum cognitionem promiscue tribuebant, atque ea in re Euangelicos diu repugnantes habebant, aduersus eos aliquando To. II. ACT. PAC. p. 560. sq. vehementer vrssisse reperio. Atenim ne quis forte Euangelicos, quod paullo ante semel iterumque contendissent, postea mutato consilio negare coepisse arbitretur, primum omnium non in vniuersum hoc causarum genus a cognitione iudiciali exemptum statuebant, sed ad solam tantum Cameram pertinere putabant, freti maxime, vt CORTREIUS ad Pac. relig. p. 470. sq. iam notauit, auctoritate ipsius Ferdinandi I. aliorumque Imperatorum, qui solam legis litteram fecuti



secuti eas contra ipsa Evangelicorum postulata saepius ad  
 Cameram a se ablegarant, aliisque permultis rationibus, quae  
 ex PFANNERI Histor. pac. lib. II. §. 71. p. 189. ipsisque ACT.  
 PAC. To. III. p. 261. sqq. et To. IV. p. 73. sqq. peti possunt.  
 Deinde vero eos satis constat tum in pacificatione desideriiis  
 Catholicorum tandem concessisse, tum insecuta etiam aetate  
 saepius hoc cognitionis genus iudicii imperii disertis ver-  
 bis tribuisse, ac modo intra limites iuris ac legum persiste-  
 rent, auctoritatem suam, vt ad Moguntinum aliquando  
 apud SCHAVROTH. To. II. p. 244. scripserunt, relinquen-  
 dam semper putasse. Per occasionem causae Mollensis qui-  
 dem, vt nunc alia exempla non adferam, in litteris ad Im-  
 peratorem To. XXV. *der N. STAATSC.* p. 237. sq. haut ita  
 pridem tantum abesse facti sunt, vt iudicii imperii vniuer-  
 sam potestatem de causis ecclesiasticis cognoscendi vilo mo-  
 do dubiam reddituri essent, vt eam potius saluam iis semper  
 esse cuperent. Ac nuperrime tandem nouum idque pro-  
 fus insigne huius sententiae suae documentum ediderunt.  
 Nam cum Imperator de epistola eorum, quam supra §. II.  
 commemoravi, ante hoc biennium d. VIII. Ianuarii ita Le-  
 gatis suis To. XXVII *der N. STAATSC.* p. 286. sq. rescripsit  
 set, vt causam, quare solo Evangelicorum arbitrio a prae-  
 scripto legum descisceret viamque iuris hac in re defereret,  
 subesse quidem negaret, ceterum tamen omnibus de causis  
 religionis in iudicii imperii rite acturis praesentissimum au-  
 xilium mittendis litium ambagibus decernendisque legitimis  
 executionibus laturum se sponderet: Evangelici tandem, quo  
 minus potestati iudiciariae Imperatoris detracturi quidquam  
 crederentur, eius voluntati concesserunt, annoque proxime  
 praeterito d. XI. Aprilis in Comitiiis sanxere, vt quicumque  
 suorum de huiusmodi rebus aut nunc conquererentur, aut  
 in posterum conquesturi essent, legitimae opis impetrandae  
 causa iudicia imperii adire iuberentur.

Et qui possit etiam haec potestas iudicii imperii vllō modo negari? Namque in ipso I. P. O. loco satis noto, qui fundus est Ord. Conf. imp. aul. tit. I. §. 2. ac R. V. de A. c. 10 c. cxxiii. §. 34. harum caussarum cognitio iudicii imperii tributa eaque de re Art. V. §. 53. sic sancitum, vt *caussae ecclesiasticae inter Catholicos et Augustanae Confessionis status adleis ex vtraque religione pari numero assessoribus discute-ventur et iudicarentur*. Iam vero caussae ecclesiasticae a iudiciis imperii proprie alienae sunt. Etenim ante instaurationem sacrorum, quidquid etiam Ictus quidam Ingolstadtien-sis in *der Sammlung einiger Schriften von dervl. Selbsthülse* p. 160 sqq. pro summa venustate ingenii et admirabili prorsus elegantia orationis ad vsum orthodoxae iuuentutis contra disputauit, Imperator de his rebus ius dicendi potestatem numquam sibi sumere conatus est, neque eam adeo in iudicia imperii transferre potuit. Deinceps autem cum sub ini-tiis instauratorum sacrorum iudicia imperii actiones de his rebus aduersus Euangelicos dare coepissent, hi non prius deslitterunt, quam pace primum Norimbergensi, deinde tran-sactione Cadanensi apud HORTLEDERVM von *Vrsach. des T. Krieges* lib. I. c. 10. p. 65. et lib. III. c. 13. p. 887. aliisque multis legibus, quarum loca STRVVIUS potissimum in *der Hist. der Rel. Beschw.* passim collegit, ea re illis interdictum esset, et posthaec etiam, sicubi iudicia imperii de huiusmodi caussis decernere sustinissent, ea de re semper magnopere conquesti fuerunt. Quodsi ergo iurisdictio ecclesiastica eo tempore, quo inter Episcopos et Euangelicos adhuc vehe-menter erat litigiosa et per R. I. de An. c. 10 c. lv. §. 20. ex parte tantum suspensa, ad iudicia imperii hautquaquam per-uenit, non potest hoc, quemadmodum olim Legati Euan-gelicorum To. XXV. *der STAATSC.* p. 192. monuerunt, et nuper etiam praestantissimus auctor libelli Hannouerani To. XXI.

XXI. *der N. STAATSC. p. 440.* denuo obseruauit, factum esse tum, cum per P. W. tandem Art. V. §. 48. *rosa et cum omnibus suis speciebus simpliciter et sine substitutione* alius iudicis suspenderetur, ac debet adeo ille locus, quo causae ecclesiasticae ad iudicia imperii referuntur, explicari sic, vt cum hoc stare possit. Quamquam igitur, monstrante hoc cum multis alijs LAVTERBACHIO imprimis in Coll. Pand. lib. XLIX. tit. 5. §. 11. et ipso rerum vsu, in iis, v. c. super possessione rei ecclesiasticae, lites incidere possunt, de quibus ille locus intelligendus videatur, eum tamen maxime acceperim de grauaminibus religionis; motus non tam auctoritate Adfessorum Camerae To. XXVII. *der STAATSC. p. 27.* ac summorum hominum, qui ita rem interpretati sunt, HOFMANNI de indep. iur. circ. sacra p. 41. PVTTERI in Introd. in rem iudic. imp. §. 140. BOEHMERI loco supra laudato et aliorum complurium, quam hac potissimum ratione, quod, si perlustres commentarios pacificantium, circumspiciasque, quam ob causam, quoue tandem ordine ac modo in haec verba conuenerit, ea ad grauamina religionis maxime pertinere statim intelliges. Totum enim hoc caput ortum est ex controuersia, quam supra dixi de iudice horum grauaminum inter pacificantes agitatam fuisse, reperioque Catholicos To. III. ACT. PAC. p. 441. sq. hac de re sic scribere: *da aber von ein oder andern Religion-Verwandten gegen der andern einig Ueberfabrung dieser Constitutionum verubt, und denen zuwieder iemand an seinen Rechten beschwert werden solte, und deventwegen bey der R. K. M. und Dero Reichs-Hofrath oder dem Kaysl. Cammer-Gericht zu Speyer um rechtliche Hulf angefucht wurde, so soll an einem und andern Ort den Rechten sein ordentlicher Lauf gelassen werden,* atque adeo consilia Euangelicorum de instituendo nouo quodam iudicio propterea improbare, quoniam ad obseruandam aequalitatem iudicantium in causis pacis religiosae Imperator Euangelicis loca aliquot in Consilio Imperialico daturum se sponderit. Euangelicis contra, qui haec

haec omnia totidem fere verbis ab Oratoribus Imp. *ibid.* To. IV. p. 85. sq. repetita plane repudiabant, *ibid.* p. 98. res ita potius definienda videbatur, vt *Consilium Imp. aulicum in caussis ecclesiasticis et e pace religionis promanantibus cognitione non gauderet.* A quo tempore *caussarum ecclesiasticarum* nomen solum fere in hac lite usurpatum in ipsam tandem pacis formulam peruenit. Neque id mirum, cum iam olim Adfessores Camerae apud LEHMANNVM de pac. relig. Lib. III. p. 439. scripserint: *Sintemahl die geistliche iurisdiction anders nicht ist, denn so man etwas wider einen Unterthanen in Religions- und Gewissenssachen farnimmt,* atque hac nostra adhuc memoria Legatus Brandenburgicus apud MOSERVM ad Capitulat. Caroli VII. To. II. p. 92. hoc nomine vti non dubitauerit. Possunt vero grauamina religionis, etsi in nudis factis posita sunt adeoque qualitate ecclesiastica proprie destituuntur, tamen, quoniam res ecclesiasticas adficiunt, ita dici et ad iudicia imperii referri, non secus ac facta aduersus Concordata N. G. et alias huius generis leges et conuentiones suscepta ita saepenumero vocantur, nec tamen per superiorem disputationem atque alia exempla in SELECT. IUR. PUBL. NOVISS. To. XXIX. p. 8. sqq. *den R. H. C. de An. c. 10. c. 22. p. 375. sq. etc.* a iudiciis imperialibus aliena sunt.

§. IX.

2) *Ob alias permultas leges.*

Sed praeter hunc locum aliis adhuc permultis legibus haec potestas iudiciis imperii concessa. Nam vt non attingam *disceptationem iuris* super his caussis, quae in eadem pace alibi commemoratur atque infra pluribus explicabitur, iam ante eam aetatem in C. O. C. P. II. tit. 10. §. 16. ita scriptum: *Wir wollen, ordnen und setzen auch, ob jemand, wer der waere, wider unsern aufgerichteten gemeinen Land- auch Religion-Frieden beschwert waere oder künfftiglich beschwert*

*schwert oder betrußt werden wollte, daß unser Cammerrichter und Breyßer auf der Beschwerden Anruffen mit Ertheilung gebühlicher rechtsmaessiger Hülff sich foerderlich und gleichmaessig erweisen sollen.* Neque dixerit aliquis opus esse priuatum publica adhuc auctoritate destitutum. Illa enim omnia testantibus hoc magno numero exemplis omni tempore vsu constanter seruata et quod maximum est, ex ipso R. I. de An. CIOIO LXVI. §. 6. vnde post compilationem Concepti etiam in R. I. de An. CIOIO CXLI. §. 16. peruenerunt, verbotenus fere deprompta sunt. Ac per naturam rerum ipsam id aliter habere non poterat. Nam cum super violatione pacis profanae cognitio iudicii imperii tributa esset, necessario exinde consequens erat, vt si quis contra pacem religiosam, quae secundum ipsum R. I. de An. CIOIO CXLI. §. 84. ac MOSE RVM von Teufschl. p. 261. 264. sq. aliosque doctores iuris publici translatione pacis profanae ad religionem maxime continetur, ab alio laesum se conquereretur, in iudicii imperii hac de re agi posset. Equidem vt primum Anno CIOIO XXXIX. translatio illa fieri coeperat, iudiciis imperii statim per R. I. §. 11. eius rei potestatem factam ac ne quid dicam de aliis, haut ita multo post An. CIOIO CXLI. R. I. §. 27. hac de re ita constitutum reperio: *wo aber jemand, wer der oder die waeren, darwider handeln, gegen dem oder denselben soll der Weg des Rechts vor unsern Kayserl. Cammergericht allezeit offen seyn. Und auf der klagenden Partbeyen oder unsers Kayserl. Fiscalis Anruffen an demselben Cammergericht nach seiner Ordnung mit Recht und desselben ordentlicher Execution vollfabren werden.* Posthac vero tantum abest, vt haec velut custodia ac tutio rei ecclesiasticae iudicii imperii adempta sit, vt potius, posteaquam Camerae imperiali per transactionem Passauiensem ac pacem religiosam denuo mandata et per P. W. concedentibus tandem Evangelicis cum Consilio Imp. aulico rite communicata fuerat, ipso R. I. N. §. 193. confirmata videatur. Vnde etiam Evangelicos apud SCHAUROTHIVM To. III. p. 156. scripsisse constat:

C

constat: *alle Religionsbeschwerden sollen bey denen Reichsgerichten, in quali et quanto sie dahin, um über die Execution des Westfaelischen Friedens zu halten, geboeven und gedeeyben, summariter, imo summariissime tractirt werden, eundemque in modum etiam To. III. p. 829. scripserunt.* Nam quod supra dixi, per P. W. in causis ecclesiasticis ex capite grauarum compositis neque in petitorio neque in possessorio seu inhibitorios seu alios processus vnquam decerni posse, hoc efficit tantum, vt iudicia imperii contra hanc aeternam legem et perpetuam normam iudicandi, quemadmodum in ipso R. E. §. 67. vocatur, nullo modo statuere possint. Adparet hoc ex ipsa pacis formula. Quemadmodum enim transactione Passäuiensi §. 10. et R. I. de An. MDCLV. §. 32. iisdem locis Camera imperialis, cui soli tum haec cura contigerat, et opem ferre laesis iubetur, et vero admonetur etiam, vt aduersus sanctiones illas numquam decernat, sed exinde, vt in illo R. I. §. 107. diserte est, semper ius dicat: ita etiam eodem capite P. W. et prohibentur processus contrarii, et transactio ipsa ex rogatione Euangelicorum To. II. ACT. PAC. p. 206. 487. statuitur *perpetua lex et pragmatica Imperii sanctio in posterum aequae ac aliae leges et consuetudines fundamentales Imperii tribunalium omnium iudicibus et assessoribus tamquam regula, quam perpetuo sequantur, praescripta.* Vnde etiam ex ACT. EXEC. T. II. p. 153. nouimus, qui cum transmissionem formulae ad iudicia imperii paululum dilatam comperissent, id non patienter ferrent, efficerentque adeo, vt eius rei denuo in R. E. §. 67. mentio fieret.

## §. X.

*Sed I. legibus varia grauarum remedia prodita, praesentium imprimis optioe relicta.*

Igitur vt tollatur tandem ea, quae videtur, repugnantia legum et opinionum, recordandum est ante omnia, Euangelicos

licos iudicia imperii tum maxime exclusisse, cum de vniuersis  
his controuersis eodem tempore dirimendis agerent, adeo-  
que nouam quasi compositionem grauaminum ecclesiastico-  
rum ad exemplum et praescriptum eius, quae per pacem  
Westfalicam facta fuit, in Germania meditarentur. Ita vero  
caussa videbatur plane publica, quae auctoritatem iudicum  
respueret, atque adeo eodem, quo tum, modo perficienda  
esset. Sed in singulis etiam causis res eo redit, vt violata  
pace religiosa et Westfalica primum iudicia imperii, nisi forte  
ad poenam transgressori infligendam, auctoritatem suam vltro  
ac sine imploratione grauatorum, quam R. I. N. §. 193. in-  
primis planis verbis eam ad rem desiderat, interponere ne-  
queant. Deinde vero, vt grauati opis impetrandae causam  
legibus ne obstricti quidem sint et obligati ad implorandam  
solum fidem et auctoritatem iudiciorum imperialium, sed ex  
iis potius, variis remediis aduersus eiusmodi iniurias prodi-  
tis, pro arbitrio eligere possint, quo potissimum vti velint.  
Nam cum alia sint praesentia, alia subsidiaria (ordinaria et  
extraordinaria BOEHMERVS de grau. comm. §. 25. et MO-  
SERVS von Reichstags-Geschaeft. Lib. IV. c. 6. §. 47. sq.  
vocare solent): optioni eorum proprie relictum est, vtrum  
per triennium tolerare iniuriam, an praesenti remedio vti  
velint. Ac prius quidem si fecerint, elapso triennio ex L.  
P. Art. XVII. §. 6. tum ipsi sibi soli opem ferre, tum vbi  
vires non suffecerint, ab vniuersis ac singulis pacis confor-  
tibus, postquam iis per triennii spatium ad transactionem  
aut disceptationem iuris cum turbatore ineundam promptos  
se ac paratos frustra fuisse ostenderunt, auxilium petere  
possunt. Sed non modo ad hanc vsque aetatem nemo  
facile tam imprudens fuit, vt teneret hanc rationem inui-  
sam valde et incerti euentus, sed in posterum etiam id non  
futurum aut fieri adeo posse videtur. Itaque non est im-  
morandum huic rei, de qua multum hac memoria discepta-  
tam fuit. Sed praesentium quoque duplex est genus. Iure  
enim grauatis optio eligendi data est, vtrum restitutionis

impetrandae causa Directores circuloꝝ adire, an potius Imperatorem ipsum et iudicia imperii implorare velint. In Comitibus quidem Ratibonensibus, quae superiore seculo statim post pacatam Germaniam acta fuerunt, Catholici ipsi To. I. ACT. COMIT. p. 367. hoc non obscure facti sunt, quem locum ne adponam, facit STRUBENIUS T. IV. HOR. Subf. p. 342. Sed imprimis Euangelici tum alias saepius apud SCHAVROTHIUM, v. c. To. III. p. 165. tum potissimum in epistola quadam ad Gothanum To. I. p. 156. graviter hoc contenderunt: *Es ist eine notorische Sache, wie Corpus Evangelicorum jederzeit behauptet hat, daß Religions-Sachen so wenig zu des R. H. R. als C. G. Cognition und Disjudicatur geboeren, noch diese beide Reichs-Gerichte irgends anders die Haende darein schlagen moegen, dann bloß auf Anrufen des beleidigten Theils inhibitiones und Mandata S. C. oder Local-Commissiones ad exequendum secundum nudum factum possessionis in anno decretorio zu ertheilen. Die Exempel, welcher gestalt es hierunter gleich nach dem W. F. in Verfolg sowohl desselben als auch deren Nürnb. Executions-Recessen, des Kayf. Executions-Edicts und arctioris modi exequendi gehalten worden, liegen nicht minder vor Augen; ja es haben, vermoege gedachten Reichs-Gesetzen gravati nicht einmahl schlechterdings noerbig, sich an die Reichs-Gerichte zu wenden, sondern koennen sogar auch nach ihrer in Willkuhr lebenden option, immediate die Creyß-Direcloria deshalben angeben und summarische Untersuchung facti possessionis normalis siue status anni decretorii, dann in continenti zu bewürkende dessen Herstellung von ihnen verlangen.*

## §. XI.

*Haec optio non repugnat I. P. Art. XVII. §. 5.  
aut R. I. N. §. 193.*

*Ac recte sane. Nam quod I. P. Art. XVII. §. 5. cauetur, vt si quid eorum a quocumque violari contigerit, laesus laedem-*



laedentem inprimis quidem a via facti debeat, causa ipsa vel amicabili compositioni vel iuris disceptationi submissa, id quidem, utcumque etiam a multis magnopere vrgetur, nequaquam obest. Equidem vt verum fatear, *disceptationem* illam *iuris* cum auctoribus Modi Proced. vix retulerim ad cognitionem facti a Directoribus circularibus instituendam, sed acceperim potius sensu proprio ac vulgari de tractatione causae in iudicio, quae in sequentibus *via iuris* dicitur. Tum fac etiam porro, quod inter nostros inprimis BOEHMERO vel STRVBENIO potius Dau. Geo. fil. V. A. de Princ. imp. ius suum vi et arm. tuent. §. 13. placuisse intelligo, disceptationem iuris accipiendam esse de turbato: locus tamen professe magis, quam aduersari videtur, cum verba posita sint non copulatiue, vt laesus primum tentare compositionem, et si de hac nihil perficere possit, iure deinceps experiri debeat, sed disiunctiue, vt, quo existat tandem casus guarantee, opus sit, vt a turbato frustra aut transactio tentata, aut in iudicium causa deducta fuerit. v. *Saml. der Schrift. von der Selbstb.* p. 21. sq. Sed putauerim etiam haec verba, etsi HOFMANNO iudice *in der Vorst. der Rel. Beschvv.* p. 67. sq. per se in vtramque sane partem explicari possunt, tamen ad turbantem potius, quam ad turbatum referri debere, quoniam haec interpretatio, a qua quidem Franciscus Imp. ipse in SELECT. IVR. PVBL. NOV. To. XXVII. p. 141. primo saltem adpectu non prorsus abhorreere videtur, illa altera, vti ex disputatione SYNDERMAHLERI in Opusc. p. 280. intelligi potest, multo est faciliior atque inter legendum vltro quasi se offerre videtur. Si quis enim primum totum illum locum vsque ad verba: *quod nec amicitiae nec iuris via locum inuenerit*, sine partium studio attente atque vna continuatione legerit, nescio fere, annon statim ei in mentem venturum sit, legem cauere, vt si quis ab alio contra illam pacem iniuriam sibi illatam putet, hunc admo- neat ante omnia, ne via facti vtatur, sed secum aut transi- gat aut si rem licere sibi arbitretur, iure experiatur. Quod si

vero transgressor pacis intra triennium neque transegerit, neque causam etiam in iudicium deduxerit, atque adeo, quod repugnante altero sibi sumere coeperit, iudicium auctoritate rite persecutus fuerit, laesus tandem ab omnibus pacis confortibus adiuuetur. Nam quaeso te, annon ob solam commemorationem *dehortationis a via facti* illa *disceptatio iuris* ad turbantem in xime referri debeat? Nihil certe magis est naturale, quam ut eodem loco aliquis a via facti abstinere viamque iuris inire iubeatur, praesertim cum *violencia omnis*, ut sola auctoritate Art. V. §. 1. vtar, *et via facti, ut alias, ita et hic, inter utramque partem sit prohibita* et per contrariam explicationem propemodum inane videatur, quod paullo ante Art. XVII. §. 4. sub poena fractae pacis cautum est, ne quis *legitimo modo et sine excessu facta restitutione sine legitima causae cognitione et ordinaria iuris executione de nouo grauare tentaret*. Iam HENNIGESIVS quidem in Medit. ad I. P. p. 1688. haec in restitutos ex capite amnestiae potissimum cadere posse obseruat, possitque adeo fieri, ut, cum restitutio ex capite grauaminum actionem omnem excludat, omninoque iura vtriusque religionis ad statum decretorium simpliciter et in perpetuum redacta sint, ob naturam rerum ipsam disceptatio illa iuris ad turbantem hautquaquam referenda videatur, ut qui nihil habeat, de quo cum alio contendere possit, adeoque ex R. E. §. 24. a limine iudicii simpliciter arcendus sit. Enimuero iniuriis tamen factisque violentis in vniuersum ibi omnibus interdictum. Deinde vero etiam in causis ecclesiasticis tum demum repelli statim debet actor, cum de calumnia ac temeritate litigandi planissime constat, ut si quis alteri contra sententiam executorum pacis litem moueat, aut de contrario statu anni normalis omnibus exploratum sit: nec potest hoc adeo locum habere in causis speciosis, de quibus facta demum cognitione decerni potest, ut si quis, quod in omnibus grauaminibus religionis proprie esse debebat, repugnante quidem ac negante altero, nec tamen  
sine

— — — — —

12

sine probabilitate aliqua saluis legibus saluoque statu decretorio quidquam sibi iuris in rebus ecclesiasticis vindicet. Facit huc ipse R. I. N. §. 193. *wir setzen und ordnen auch, daß kein Stand gegen dem andern oder dessen Land und Leut, oder auch gegen seine eigene Unterthanen und Bürger in Religions-Sachen wider den Friedensschluß mit Gewalt oder eigenmaechtiger Beginning das geringste nicht attentiren oder vornehmen, sondern ein jeder dasjenige, was er vermeint, das ihm gebühre, mit behoerigen Weg Rechts suchen und denen, so darwider beschwoert wuorden, auf Begehren, Mandata inhibitoria geboeriger Orten ertheilet und vollzogen werden sollen.* Quo loco plane non intelligo, quomodo aliquis putare possit, grautatis necessitatem agendi impositam fuisse, cum vel hoc ex obseruatione Euangelicorum apud SCHAVROTHIVM To. III. p. 140. fat perspicue arbitrio eorum relictum sit, vtrum mandata de non amplius turbando petere velint, nec ne, omninoque per eiusmodi mandata nihil aliud quaeratur, quam vt alter a vi desistat, et si quid iuris sibi esse arbitretur, id iudicum auctoritate potius quam facto persequatur.

§. XII.

*Neque detrahit quidquam maiestati Imperatoris.*

Sed per hanc optionem putant multi Imperatorem amplissima muneris sui parte priuari, ad exemplum fere illorum, quos in pacificatione Westfalica, vbi primum tuendae et exsequendae pacis munus, quod per descriptionem antea v. c. in R. D. de An. CIOIO LXIV. §. 10. R. I. de An. CIOIO LXVI. §. 6. 8. R. I. de An. CIOIO LXVII. §. 50. R. I. de An. CIOIO XCIV. §. 9. et de An. CIOIO CXLI. §. 16. designari solebat, proprio elogio ornari coepisse videtur, Euangelicos harum causarum cognitionem Consilio Imp. aulico negantes. To. II. ACT. PAC. p. 561. hoc modo increpassé reperio. Verum et tum Euangelici To. IV. ACT. PAC. p. 75. sq. ab

ab hac criminatione satis se purgarunt, et nunc quoque res salua est. Quemadmodum enim custodia et executio aliarum legum, quod in SELECT. IVR. PVBL. NOV. To. XXXIV. p. 419. aliquando recte est obseruatum, sine vlla dubitatione ad Imperatorem pertinet, ita nemo etiam ius ac potestatem exsequendae tuendaeque pacis religiosae ac Westfaliae ei detrahere aufit. Euangelici inprimis, tantum abest, vt hoc munus Imperatoris, sine quo haut ita pridem To. XXV. der N. STAATSC. p. 237. sq. rem suam stare posse negabant, vilo vnquam modo ac tempore impugnaverint, vt id potius saepenumero implorauerint per epistolas, quarum loca bene multa collecta sunt a TREVERO de opt. rat. comp. diff. rel. p. 76. et in Iurispr. publica circa tit. off. Imp. p. 60. sq. ac plura, si opus fuerit, facile haberi possunt. In Comitibus Ratibonensibus quidem To. I. ACT. COM. p. 373. sqq. vili sunt aliquando hoc elogium improbare, neque negandi tamen iuris caussa, sed ne quid forte amplius sibi per id sumeret, quam ex pace liceret, qua in re Bambergensem quoque consentientem habebant. Atque ostendit etiam tum natura rei, tum, vt de Capit. Art. XIX. §. 2. nihil dicam, quae ne sic quidem commodum sensum habere videtur, R. E. §. 41. qui cum §. 37. coniungi debet, non omnia, quibus pacem haberi, perfici et conseruari posse putet, Imperatori licere, sed seruandas esse leges, in quas conuenerit, seruandum modum, qui paci exsequendae constitutus fuerit. Verum hoc, quod RECHENBERGIVS de oblig. vniu. P. O. Sect. I. §. 16. pluribus confirmauit, nemo facile negauerit, nisi forte DRUMELIO sit similis. Is enim *im Versuch einer pragm. Exklaer. des W. F. (Frft. und Coeln. 1767. 4.)* expilatis SVNDERMAHLERI thesauris, (nam quae in isto libello probabilitatem habent, huic subripuit) in leges ac iura omnia grassari et quasi ex pace Pragensi disputaret, Sect. I. §. 10. totam executionem pacis ad arbitrium Imperatoris conferre coepit, quoniam edicta  
 primum

primum Imperator de restituendo promulgarit, deinde quod auspiciis eius restitutiones factae fuerint, tum quod eum aliquando Sueci ad maturandam executionem compellendum censuerint, tandem quod per R. E. §. 2. (quem ex I. P. Art. V. §. 41. et ACT. PAC. To. IV. p. 64. sq. explicare debebat) in terris hereditarii iuris fidei eius res commissa fuerit. Facete vero, lepide et laute. Quid demum fuisset futurum, si meminisset etiam Capit. Art. XIX. §. 1. et Art. XXVII. §. 3. aut apud LONDORPVIUM To. VIII. Act. Publ. p. 655. adeo Suecos legisset in pacificatione Oliuensi adhuc ab Imperatore petiisse, vt restitutiones ex P. W. nondum peractas mox peragi curaret? Tum profecto absterfa plane foret oculis nostris caecitas ac visu omnibus reddito coronatus ille late per Germanos incederet. Ac iucundum audiui, monstrari digito praetereuntium et dicier: hic est. Sed ita est hominum genus. Vereor, ne omnes, ad quos per hoc aureolum praeceptum irepere tentet, parasitistrum aliquem paruulum putent, atque, nunc non est, inquam, coenae tempus, ito foras. Adeo insignis est hic partus ad deformitatem, vt profecto mirandum sit, quomodo vir ceteroquin non indoctus edere potuerit monstrum aliquod ingenii, cuiusmodi nemo facile, nisi habeat forte cerebellum corruptum ac male sanum sinciput, sub hoc inprimis Imperatore exclusit. Itaque etiam puerum venustulum cito enecauit SELCHOVIUS Vir Cel. To. III. Bibl. iur. p. 83. sq. Quod si vero Imperator in exsequenda pace tenetur legibus, possunt turbati salua eius maiestate, quemadmodum apud SCHAVROTHIUM To. II. p. 779. recte est admonitum, Directores circularum quoque implorare. Nam primum R. E. ipso, qui cum I. P. Art. XVI. §. 2. 3. ac R. I. N. 193. coniungi debet, §. 28. constitutum est: *So viel dann andere in den dreyen Terminen nicht specificirte oder noch ante primum exautorations terminum bey dem Reichs-Directorio von Cath. und A. C. Verwandten einkommene Restitutions-Faelle bevrist, die sollen pro exclusis keinesweges gehalten werden, noch jemand die*

D

die

die restitution abgeschnitten, sondern maenniglichen expresse reservirt und vorbehalten seyn, seine Nothdurft hernach bey seines oder wie im I. P. versehen, naechst angelegenen Creyssen auschreibende Fürsten oder gar bey Kayserl. Maj. gebührend vor und anzubringen. Deinde ipsum elogium supremi pacis executoris, des allerhöchsten, des obristen, des Ober-Executionis-amtes, quo Imperator ex R. E. §. 41. vtitur, vel solum ostendit, aliis etiam sub eius auspiciis exsequendae pacis negotium impositum esse. Neque enim in executionibus Directorum villo modo remouetur auctoritas Imperatoris, sed vti alias, ita has quoque eius nomine peragunt, hoc solo discrimine, vt in hoc genere, cuius auctor Imperator iam in futurum factus est, mandato singulari opus non habeant, sed, si a turbatis implerentur, iure muneris ac vi mandati perpetui ad statum legitimum auctoritate eius omnia reducere possint. Euangelici quidem, qui de amplissimo, vt nuper To. XXI. der N. STAATSC. p. 255. vocabant, exsequendae pacis munere nihil vquam Imperatori detrahere tentarunt atque ab eo adeo multis locis SCHAVRÖTHII v. c. To. II. p. 807. To. III. p. 9. 467. opem ac mandata de turbatis ipsius nomine restituendis petierunt, ad mandatum illud perpetuum tum olim apud illum To. II. p. 592. tum inprimis in caussa Hohenloica saepius prouocarunt.

### §. XIII.

#### *Ducenda maxime ex iure antiquo.*

Vnde vero, aiunt multi, colligi demum potest mandatum illud perpetuum? Etenim quas I. P. Art. XVI. §. 2. et R. E. §. 28. Directoribus circulorum in executione pacis caussarumque pacificando diremtarum imponit partes, eae non in perpetuum iis datae dicuntur, adeoque illa omnia ad summum adhuc locum habent in perficiendis, quae ex P. W. adhuc peragenda restant, sed ad exemplum controuersiasque post pacem incidentes eo minus trahi possunt, quo magis ii  
iurif

jurisdictione ac potestate in reliquos ordines destituti sunt. Ardua sane dubitatio, quam SVNDERMAHLERVS imprimis admirabili doctrina et quae multo adhuc maior laus est, humanitate ac verecundia in Opusc. p. 220. sq. p. 228. sqq. et p. 249. sqq. explicuit. Eam quidem attigit etiam DRVMELIVS, sed sine dubio, vt in graui causa animum cogitando defessum rifu paullulum reficeret. Nam inter alia, quae SELCHOVIUS To. III. Bibl. iur. p. 87. sq. iam refutauit, Sect. I. §. 31. exinde etiam hanc iis potestatem non in perpetuum, sed ad tempus concessam fuisse colligit, quod ad *requisitionem restituendum* demum restitutiones peragere iubeantur, nec sint *commissarii immoti*, vt MOLLENBECCIUS de iur. Caes. circa neg. pac. c. VIII. §. 1. mira ratione loquitur, sed ab Imperatore potius petentibus restituendis (at dic fodes, quare non pro arbitrio? Ad Caesarem, opinor, nihil pertinebat ordo exsequendi) praeteriri potuerint. Sapienter mehercle! Velim hunc professorem organi Aristotelici. Quid? si quis per peculantiam rationes ita subducere auit: In P. W. Imperator omisis Directoribus circularum peculiare commissarios petentibus demum restituendis dare posse dicitur, ergo haec potestas non est perpetua, ergo hoc, utcumque id deieci velint, nunc non amplius potest. Subrides? Frontem corrugas? Lepus tute es et pulpamentum quaeris, Gnathoni aliquando respondebat Parmeno. Igitur vt ad rem reuertar, Directores circularum nullam quidem habent iurisdictionem, nullam potestatem in reliquos Ordines. Verum possunt tamen ex mandato Imperatoris et Imperii de singularibus causis inter eos cognoscere, acciditque hoc imprimis in quaestionibus facti, ad quas in grauaminibus religionis omnia plerumque redeunt. Ita quidem in R. I. de An. CIO DLXXVI. §. 45. ex quo hoc deinde totidem verbis in R. I. de An. CIO DXCIV. §. 34. fluxit, cautum reperio, vt si quis transitu militum damnum ab alio se accepisse ploraret, id Principes circularum aestimarent causaque cognita reparari curarent. Ac ne plura adferam, nonne perficiendis

ex P. W. restitutionibus aliusve mandatis idem fecerunt? Quod si igitur haec et alia potuerunt destituti licet iurisdictione, haut intelligo, quare id hanc ob causam in graaminibus religionis nunc non amplius possint. Sed id conceditur facile, nempe si iis mandatum fuerit. Itaque vt hoc in perpetuum iis mandatum esse adpareat, non dixerim quidem cum MOSERO de iur. exsequ. in imp. c. III. §. 13. aliusque verba vniuerse enunciata esse, sed recordandum potius hoc loco putem, per P. W. nihil eos noui iuris accepisse. Et enim ab illo inde tempore, quo religioni tandem otium contigerat atque ordinatio executionis ex ipso R. I. de A. CIO DLV. §. 33. etiam religionis causa condita fuerat, necessario consequens erat, vt hoc iure vterentur, quoniam per illam ordinationem praeter Cameram imperialem tutelam pacis publicae, quae ad religionem prolata fuerat, ex mandato Imperatoris et Imperii susceperant. Vnde non modo, quod omnis omnibus aliis rem extra dubitationem ponit, in R. I. de An. CIO DLXIX. §. 27. 29. diligenter hac de re cautum, inprimisque insecuto anno in R. I. §. 17. scriptum est: *da einiger Stand vvider aufgerichten Religion und Propban-Frieden beschwvert vvrüde, und ihm auf sein Gesinnen vom Obersten seines oder andern Creyßes vermög der Ordnung nicht zeitlich gebolffen, sondern Verzug oder Saum darunter gebraucht vwerden vvolle, soll derselbe auch Macht haben, an Uns als Röm. Kayser zu gelangen, et §. 21. d. w. b. w. Crayß-Hülff sollen allein denjenigen zu statten kommen, so vvider deß H. R. Religion und Propban-Frieden beschwvert vvrüden, vwie davon in Augspurgischen Abschied 1555. zum Theil auch disponirt vworden,* sed MOSERVS quoque in *Staatsrecht* To. XXVIII. p. 486. in comitiis circulatorum aliquoties de eiusmodi causis actum esse monuit. v. ENGELBRECHT de Conferu. in Imp. cap. III. §. 5. et *Samml. der Schrift. von der Selbstb.* p. 19. et p. 126.

§. XIV.



*Nouis legibus non sublata.*

Sed forte hoc, quod ex ordinatione executionis ante P. W. habebant, mandatum perpetuum tuendae religionis, per hanc deinde sublatum fuit. Minime vero. Tantum enim abest, vt inter pacificandum Imperator de mutando ordine exsequendi in imperio vmquam cogitarit, vt Suecis potius tale aliquid molientibus acerrime obtiterit atque in praefcripto legum simpliciter manendum esse censuerit. Quia de re Collegii Electoralis quoque grauis est oratio To. II. ACT. PAC. p. 927. sq. *es möchte der in replicis begriffene modus pacis assurendae nicht vvenig bedencklich fallen, in Erwegung, der Land-Religion und Propphan-Frieden seine Marutenenz und Securität in den Reichs-Satzungen fundiret hat; über dieses in Reichs-Constitutionen und Executions-Ordnungen genugsame Versehung geschehen, was in Sachen, darinnen ein Stand den andern vergevvaltiget, vorzunehmen; dabero die Churf. Gesandten dafür halten müssen, daserne einige Reichs-Sachen in dem Friedens-Schluss ergriffen werden wollten, daß I. K. M. auf die Executions-Ordnung und Reichs-Verfassung simpliciter geben.* Itaque etiam post diuturnas tandem disceptationes Art. XVI. §. 2. cautum, vt promulgatis ab Imperatore edictis *Directores et Praefecti militiae circularis ad requisitionem restituendorum iuxta ordinem executionis et haec pacta restitutionem cuiusque promoverent et perficerent.* SVNDERMAHLERS quidem ipse in Opusc. p. 236. sqq. late et copiose disputat priscum exsequendi modum P. W. seruatum fuisse, ita tamen, vt neglecto executionum discrimine in omnibus mandato speciali Imperatoris opus esse ex hoc ipso Articulo contendat ac proinde curam illam, quam Principibus convocantibus Ducibusque circuli pro perficienda restitutione ibi commissam videamus, in eisdem per modum Commissionis Caesareae perpetuae aut pro futuris in perpetuum temporibus translatae hautquaquam

quam fuisse, neque ad eam, quae per Art. XVII. circa futuras post pacem controversias imperata fuerit, iuris disceptationem extendi, neque sine speciali Caesaris iussu, qui circa singulas futuras interueniat, exerceri posse scribat. Iam vero primum vidimus, quale per R. I. discrimen executionum factum fuerit. Deinde, quod finito bello Imperator ex hoc ipso loco de exsequenda pace circum Directores Ducesque circulares edicta misit, hoc quidem, vt ne SELCHOVII elegantem hac de re disputationem d. l. p. 87. sq. repetam, inter alia factum dixerim propterea, quod hac pace inlaurata quasi respublica ac multis adeo conditiones, quibus transactum fuerat, magnopere indignantibus facile fieri posse videbatur, vt aut ipsi Principes circularum, quod vel sic factum esse ex ACT. PAC. TO. VI. p. 1008. nouimus, officio non satisfacerent, aut alii etiam obliterata inter arma et diurnos tumultus omni fere legum ac iuris memoria iis resistere auderent. Itaque iis hoc quidem argumento mandatum illud perpetuum extorqueri nequit, si vel maxime admiseris discrimen, quod ex Art. XVII. ille inter controversias per pacem compositas et postea incidentes constituit coepit. Sed sublatum hoc etiam a STRVBENIO aliisque, ac potest variis adhuc modis causa Directorum circularium confirmari. Nam etsi Art. XVII. §. 8. vt ibi diserte est, de redintegrandis circularibus imperii et tuenda auctoritate ordinationis circularis, vnde initia huius iuris ducentia, maxime ob pacem publicam conuenit, vix tamen putauerim, nullam plane in hac re constituenda religionis rationem habitam fuisse. Memorabilia certe sunt, quae TO. II. ACT. PAC. p. 962. sq. Oratores Ciuitatum imperialium hanc in rem censuisse leguntur. Nec prenam vero lubricam et ambiguum argumentum, sed in R. E. §. 6. tamen cautum: *und soll hierunter weder von der R. K. M. noch jemanden andern denen Creysausbreibenden Fürsten oder Executoren einige Inhibition oder Einhalt nicht geschehen, viel weniger was bereits nach Inhalt des Friedens-Schlusses, Kayf. Edicten*  
und

und dieses Reccesses exequiret und restituirt oder hiernächst noch weiter solebergestalt exequirt und restituirt werden möchte, wieder aufgehoben, geändert, umgestossen oder darwider einige Turbation gestattet werden, sondern vielmehr dabey geschürzes etc. Quo loco nemo dicat, hanc tutelam non diserte ad Directores circulatorum referri. Namque iam antea ad munia eorum pertinebat ex ordinatione executionis, quam quidem per P. W. non sublatam, sed confirmatam potius fuisse vidimus, atque vt R. I. N. §. 178. non commemorem, Imperator ipse Capit. Art. XII. §. 3. 5. vnuerfam religioſe se feruaturum, neque propria auctoritate ac sine consensu omnium Ordinum immutaturum spondit. v. TREVERVS de stud. ruin. imp. procur. c. III. §. 9. Quod solum sufficere possit refellendo SVNDERMAHLERO, qui cum ex rogatione Brandenburgici in binis Comitiiis creandorum Imperatorum locum quemdam R. E. in Capitulationem non translatus reperisset, in Opusc. p. 270. et p. 425. sq. totam rem abrogatam fuisse statuit. Sed de hoc a STRVBENIO To. IV. Hor. Subf. p. 333. sqq. ac To. VI. p. 222. et MOSERO in *den Nebenfund.* p. 319. satis est dictum.

§. XV.

*Sed viae tamen circumscripta aut impedita.*

Quod si igitur ex folis legibus suspensas rationes iudicandi habeas, eos, qui aduersus pacem religiosam et Westfalicam ab alio ereptum sibi quidquam conquerantur, ad impetrandam restitutionem facile intelliges etiam Directores circulatorum statim adire posse, modo auctor grauaminis Imperatori et Imperio sine intermedio pareat. Nam si vis facta ab eo, qui alium adhuc habeat magistratum, atque eum quidem nec auctorem nec participem culpae, non exclusa quidem est auctoritas Directorum circularium, sed tamen praeter Imperatorem et iudicia imperii implorari demum potest, cum a magistratu deficientis, qui in tali causa ex

R.

R. E. §. 29. multisque aliis rationibus ante omnia adeundus est, deiectus frustra restitutionem petierit. Enimvero non solet euenire facile, vt priuati homines propria auctoritate haec talia admittant, et turbati etiam recenti saltem memoria opem Directorum circularium fere in subsidium demum implorarunt. Plerumque enim iudicia imperii adierunt, petendis mandatis restitutorijs aut inhibitorijs, quae praeterito tamen tempore non raro euentu caruisse questi sunt. Saepissime etiam Evangelici auxilium Imperatoris per alios religionis suae confortes vel singulos vel vniuersos implorarunt, cum iam olim capite quodam transactionis Passauiensis §. 34. per pacem Westfalicam deinde ex adcurata obseruatione Legatorum apud SCHAVROTHIVM To. I. p. 791. hautquaquam immutato cautum esset, vt, si quid contra factum foret, omnes participes transactionis sese interponerent. Neque enim satis recte SVNDERMAHLERVS hanc potestatem intercedendi, ab alijs copiosius expositam atque ab Evangelicis numquam sibi solis vindicatam, in Opusc. p. 324. sqq. ex Capitulatione demum Art. I. §. 11. ortam esse contendit atque vt omnino illo loco paullo acerbius de Evangelicis scripsisse videtur, ita eos inprimis perhibet popularem quasi de his causis actionem proditam existimare, adeo vt ex eorum sententia *quilibet alienorum subditorum causas contra horum dominos diversae religioni addictos etiam citra illorum rogatum aut mandatum in iudicio perorare valeat.* Hoc autem Evangelicis numquam venit in mentem, vt qui semper acerrime repugnarunt, vbi Imperator forte causas, de quibus ei retulerant, in iudicium deducturus videbatur. In Comitibus quidem, cum Imperatorem Cardinalis Saxoniae dixisset super querelis Evangelicorum grauantem auditurum, Brandeburgicus auctore SCHAVROTHIO To. II. p. 586. statim respondit: *wäre zu vernehmen gewesen, es würden die übergebenen grauanina communiciret und folglich zu einen weitläufigen Proceß verwiesen werden, welches aber gar nicht diese Intention hätte, sondern daß nur nach Aufgebung des*  
I. P.

*I. P. secundum nudum factum possessionis die, Execution erfolgen möchte, als worauf auch das petium (ibid. p. 544.) gerichtet worden. Eodemque tempore adhuc luculentius ad Electorem Palatinum To. XXXV. der STAATSC. p. 269. scripsit: das C. E. hätte die Religions-Beschwerden nicht per modum libelli an I. K. M. gebracht, um sich in eine formelle litis contestation oder processum ordinarium einzulassen, sondern deshalb nur bey Dero Principal-Commissario Anzeige gethan und Dieselbe ersucht, solches I. K. M. vorzustellen, damit nicht durch Proceß etc. Neque alio eos consilio effecisse, vt ille locus Capitulationis tandem perscriberetur, satis ostendunt tum Monita Principum Offenbacensia, vnde ille ipse in O-pusc. p. 328. sqq. hoc caput repetiit, tum quae Brandeburgicus apud MOSERVm ad Capit. Caroli VII. p. 91. rogasse legitur, tum denique verba Capitulationis ipsa, si ea quidem accurate consideraueris. Nempe huc redeunt omnia, vt Imperator causas religionis, de quibus sibi referatur, non ad disceptationem iudicalem ablegare, sed vel ipse statim, vel missis ad loca querentium commissariis dirimere debeat. Atque haec res maxime effecit, vt, quemadmodum ex superiore disputatione constat, illi saepius iudicia imperii ab hoc genere causarum propemodum excluderent. Iam proximo quidem anno amore et fiducia Imperatoris sanxerunt, vt, quicumque suorum de huiusmodi iniuriis aut nunc conquererentur, aut in posterum forte conquesturi essent, ab iis opem peterent. Sed factum hoc, vt ipsi aiunt, saluo eorum iure, ad quod adeo, si, quod Deus auertat, res hoc et tempus desideret, semper redire possunt, neque pertinet etiam ad Catholicos eodem iure vtentes, quamquam hi, quod iam initio libelli dictum et a LVDOLFO quoque in Iur. camer. p. 48. admonitum fuit, aut numquam aut raro admodum aduersus eiusmodi iniurias remedio quodam opus habere et sicubi habeant, iudicia imperii non facile praeterituri esse videntur.*

E

§. XVI.



## §. XVI.

*Cuique grauatorum iudicia imp. adire licet.*

Ergo quisque etiam in persona subditorum accepta eiusmodi iniuria opem a iudiciis imperii petere potest, neque ab his forte repellendi ciues, qui a dominis laesos se querantur. Etenim aduersus illos quoque in re ecclesiastica vis omnis prohibita atque ad eos adeo potestas implorandi iudicia imperii eo magis pertinere debet, quo magis ii potissimum huiusmodi iniuriis expositi esse solent, quoue certius pace religiosa et Westfalica comprehensi sunt. Praeterita quidem aetate magnopere disceptatum fuit, an per pacem religiosam ciuibus quoque ac subditis Euangelicis otium et securitas contigisset, nouimusque hoc Catholicos in pacificatione Westfalica adhuc To. II. ACT. PAC. p. 554. sqq. omnibus modis propterea negasse, quod in illa pace eorum nulla facta esset mentio. Vt cumque autem hoc ita habet, ex consilio tamen pacificantium, aliisque multis rationibus, quae apud LEHMANNVM de pace relig. lib. III. p. 434. late explicantur, satis planum est, iis, nisi per astutiam aliquam in interpretando, beneficia pacis religiosae negari non potuisse, praesertim cum Ferdinandus Imp. ipse apud EVMD. lib. I. p. 55. secundum eos pacis formulam declarasset. v. ACT. PAC. To. II. p. 526. Quae quidem declaratio Ferdinanda etsi multis posthaec controuersis locum dedit, de quibus STRVBENIVS in *der emdeckt. Verdreh. des W. F.* p. 4. sqq. et in *der Zugabe zur entd. Verdv.* p. 44. sqq. copiose exposuit: tamen in R. I. de An. CIOLOXVI. §. 6. qui locus in C. O. C. deinde migravit, omnibus omnino laesis sine vlllo discrimine ius ac potestas mandata de omitendis aut reparandis eiusmodi iniuriis petendi conceditur. Iam si obicias hunc locum secundum quid intelligendum esse de iis, qui quidem pacis religiosae beneficiis gaudeant, non morabor haec magnopere, cum per pacem Westfalicam Art. V. §. 31. rationibus commodisque ciuium satis

con-

confutum fuerit, atque R. I. N. §. 193. quoque Ordines  
 imperii diferte ab omni fuorum in re facra et ecclefiastica  
 vexatione abftinere iubeantur. Hinc etfi olim LEHMANNO  
 de pace rel. lib. II. p. 97. fq. et Lib. III. p. 434. fq. auctore  
 in Camera imperiali dubitatum fuit, an mandata inprimis  
 S. C. in his cauffis pro ciuibus decerni poffent, ac multis  
 adeo legibus, quarum loca a PVTERO de re iud. imp.  
 p. 135. potiffimum collecta funt, fatis euidenter cautum eft,  
 vt inauditis magistratibus non facile darentur, nunc tamen  
 vix futurum arbitror, vt facultatem petendorum mandato-  
 rum, quae cuique grauatorum ibi data legitur, contra do-  
 minos ciuibus aliquis deneget, nifi cum KRAVSIO forte,  
 Abbate nuper ad D. Emeranum apud Ratifbonenfes, in *der*  
*Verdreß des nudi facti poff.* p. 14. fq. et in *dem entd.*  
*Blendwerk der Verdr. des W. F.* p. 8. fq. illum locum P.  
 W. ad solos ecclefiasticorum fubditos detorquere audeat.  
 Sed hanc opinionem nouimus tum ab iis ipsis, quibus ille  
 vnice placere cupiebat, improbatam, tum a STRVBENIO  
 quoque libellis laudatis ita excuffam, vt mutato maxime  
 temporum rerumque ftatu vix quifquam amplius pro ea  
 fcripturus videatur. Quod fi igitur turbator praeter Impe-  
 ratorem alium iudicem non habeat, de vi illata, quemad-  
 modum Catholici in pacificatione Weftfalica To. II. ACT.  
 PAC. p. 551. bene monuerunt, in iudiciis imperii ftatim agi  
 potest, eftque adeo, fi quid vmquam, veriffimum, quod  
 KORTHOLTUS de proc. arrefit. in cauff. P. W. prohib. §. 23.  
 feribit: *fruftra provocatur ad iudicium aultregale five legale*  
*five conventionale, fi lis intercedat cum eo, qui de turbatione*  
*contra P. W. queratur. Et hinc, licet alibi concedas, aultre-*  
*gas conventionales in cauffis mandati S. C. praetermitti non*  
*poffe (quod tamen faliffimum eft) nulla tamen ratione do-*  
*ctrinae huic locus effe poffet in cauffis P. W. vbi peculiari ex-*  
*fecutionis modo conftituto, cuilibet facultas Imperatorem ftatim*  
*adpellandi eft permiffa.* Contra vero, vbi praeter illum alius  
 adhuc eft turbantis magistratus, ifque, quod non videtur

admodum frequenter futurum, insons culpae et innocens, ex superioribus dubio caret, quin ab hoc ante omnia reparatio iniuriae petenda sit.

§. XVII.

II. *Modus tractandi grauaamina relig. in iudicio litigiosus et ambiguus.*

Iam quod ad alterum caput huius quaestionis attinet de modo tractandi has causas in iudiciis, hic quidem permultas subinde et graues querimonias peperit. Namque Euangelici inprimis saepius questi sunt, a iudiciis imperii has causas reliquis omnibus postponi, aut cum neglectu legum grauatim potius quam grauantibus agendi necessitate imposita litium ambagibus inuolui, contra ius et statum anni normalis temere iudicari, iudicatas non perfici et quae sunt huius generis alia, de quibus epistolae et decreta Euangelicorum plurimis locis testantur. Ac nonnumquam sane res ad sollempnem et legitimam disceptationem inclinari visa est, nouimusque, vt reliqua omnia mittamus, tum Imperatorem An. MDCCCLV. apud MOSERVM von Reichstagsgeschäfft. Lib. IV. c. 6. §. 36. Consilio Imp. aulico rescriptisse: *der R. H. R. solle die noch rückständige derley Sachen vorzüglich anderer des ehestens abthun, dieienige Beschwerden aber, die entweder gar noch nicht von denen Partheyen eingeklagt oder keine legale Bescheinigungen darüber beygebracht worden, in das gehörige rechtliche Geleis einleiten, daß dem Theil, der sich beschwere, aufgegeben werde, seine Klage bey Kayf. Majestät an und die nöthige Bescheinigung beyzubringen, und darauf derer angebrachten Beschwerden Erledigung zu gewärtigen,* tum hinc etiam Consilium Imp. aulicum proximo bello aliquoties iudicasse: *würden nur die — ihre angebliche Religionsbeschwerden selbst unmittelbar bey K. M. iudicialiter gehörig einklagen, so erfolget dann ferner Kayf. Verordnung,* Iam vocabulum illud *einklagen* non necessario sollempnem actio-



actionem et probationem complectitur; quippe quod in rescripto quodam Imperatoris ad Comitem Neowiedanum apud MOSERVVM in Select. iur. p. 163. etiam de simplici querela Electoris Treuirensis vsurpari memini, ac possit adeo res ita explicari, vt, qui laesum se perhibeat, iniuriam Imperatori ipse ostendat ac planam faciat. Neque etiam Euangelici, quod STRVBENIVS To. VI. Hor. Subsec. p. 184. dudum obseruauit, hoc vnuquam contenderunt, vt iniurias, quarum nulla esset probatio, Imperator factas fuisse crederet, imo vero semper cauerunt, ne qua temeritas et calumnia querelis suorum subesset, eoque consilio etiam superiore anno d. XXIII. Maii delegerunt spectatissimos quosdam viros sui corporis, qui ius et causam conquerentium excuterent, antequam iudicia imperii adirent. Sed tum tamen, vt MOSERVVS d. l. lib. IV. c. 6. §. 49. iam admonuit, Imperator ex Capitulatione litteras intercessionales Euangelicorum ad Consilium Imp. aulicum transmittere quidem poterat, nec vero, vt causam in iure tractarent, sed vt suam sibi aperirent sententiam, quo posset tandem, si de vi constaret, controuersiam statim dirimere, aut si incerta adhuc, ad litem explanandam et decidendam commissionem localem instituire. Atque habet etiam illud vocabulum nonnihil ambiguitatis, quod, vt solent esse homines in causis religionis meticulosi, multi facile in primis ex genere imperitorum ambages litium portendere crediderint, vtcumque ipso R. E. §. 5. probari posse videatur. Quanto igitur indulgentius Imperator To. XXVII. der N. STAATSC. p. 295. ita suis rescripsit: *wir und auf unsere Verordnung die beyde Reichs Gerichte werden denen sich in Religions Sachen beschwerenden Theilen, wenn selbige die Sachen behörig anbringen und fortsetzen, mit Beseitigung aller weiläufrigen Processen, vorzüglich aller anderer, mit dem dazu in Gesetzen vorgeschriebenen Executivischen Verfahren diejenige Rechtsbülfse zum schleunigsten angedeyben lassen, welche nach jeder Sachen Umständen räthlich und am innersten die Religionsbeschwerden auf allen Seiten zu beben*  
 E 3  
 geeig-

geeignet ist, ac iudicia imperii ipsa superiore anno iussit die alldorten Ordnungsmässig angebrachten Religions-Beschwerden vorzüglich aller andern Sachen jedesmalen vorzunehmen, darinnen sowohl auf hinlängl. Beseinigung nach Vorschrift des jüngern Reichs-Abschieds mit Erkennung der Mandatorum, als auch hernach in Fortsetzung dieses Processes mit weiterer Richterl. Erkenntniß fort und in liquiden Sachen mit genauer Beseitigung der obnehin in dieser Proceß Gattung nicht-Platz habender sonstiger Gerichtlicher Zeitfristen, Schriftwechsel und andern Weitläufigkeiten mit wirklicher Execution zu verfahren, damit ein jeder ruhig bey dem erhalten werde, was ihm nach den Reichs Satzungen und nach den bestimmten Normal-Labren gebühre.

§. XVIII.

*Diuersus ab omni reliquo.*

Quae loca etiam propterea adposui, quia satis ostendunt, quod nunc plarium faciendum est, hoc genus causarum celerime ac de simplici et plano ommissis omnibus litium ambagibus in iudicio tractandum esse. Monuerant hoc potissimum Euangelici apud SCHAVROTHIVM To. I. p. 809. his verbis: *aus welchen allen sich ergibt, daß der im I. P. bey zur Entscheidung vorkommenden grauanimibus religionis ausdrücklich vorgeschriebene besondere speciale modus procedendi von allen übrigen Arten des Processes, wie sie Namen haben mögen, offenbarlich ganz abgebe, ac nuper adeo, cum freti tandem sanctissima pollicitatione Imperatoris voluntati eius concederent, inter alia, quae iudiciis imperii haec in re vnice commendari cuperent, ita quoque constituerunt: auch hierbey noch beliebet worden, von solchmaliger Entschliessung C. E. Sr. Maj. dem Kayser allerunterthänigste Anzeige zu thun, damit I. K. M. bey dermaliger auch Evangelischer Seite erfolgter eigenen Verweisung allsämtlich Evangelischer Gravatorum an das allerhöchste Kayserl. Oberstrichterl. und Reichs-Friedens-*  
*Ex.*

Executionsamt so mehr bewogen werden möchten, jene Reichs-  
 Dicastria diesfalls nach alle dem genau und nachdrücklich aller-  
 gerechtst anzuweisen, auch nöthigen Falls allerhöchstselbst gel-  
 tend zu machen, wessen sie sich in Devo allergnädigsten Rescript  
 so allermildest erklärt hätten, und womit sodurch die aller-  
 huldreichst zugesicherte der Disposition des W. F. angemessne  
 prompte Remedur aller und jeder derley Beschwerden sübrohin  
 ohne processualische Weitläufigkeiten gewiß erzielt werden möge.  
 Nempe tenenda est hoc loco et memoriae quasi infingenda  
 regula, quam BOEHMERVS de grau. comm p. 57. ac MO-  
 SERVS d. I. §. 49. constituerunt, hoc genus cognitionis iudi-  
 ciariae ab omni reliquo plane discrepare, et quidquid etiam  
 SVNDERMAHLERVS in Opus. p. 325. perhibeat, *leuato velo  
 sola facti veritate inspecta*, vt formula LVDOLFO in Suppl.  
 Obf. CCCXCVII, 5. quodammodo improbata vtar, huius  
 generis controuersias dirimi debere. Nam cum hoc genus  
 grauatorum imitetur naturam eorum, qui aduersus pacem  
 publicam iniurias aut illatas sibi aut verendas saltem esse  
 conquerantur, huc quoque pertinet, quod R. I. de An. CIO LV.  
 §. 98. maxime, ne alieno forte loco C. O. C. P. II. tit. XI. §. 9.  
 vtar, cautum fuit: *Wir gebieten dem Kayf. Cammer-Gericht und  
 Beysitzern, daß sie auf Anruffen der ietzmeldten klagenden  
 Theil zu dem schleunigsten summarie, simpliciter, et de plano  
 alle vergebliche Exceptionen abzuschneiden, procediren und volu-  
 fabren.* Ac ne hoc quidem opus est, cum hae ipsae con-  
 trouersiae multis locis R. I. quae supra excitata sunt, con-  
 festim et celerrime confici iubeantur, atque ipsa adeo P. W.  
 Art. XVII. §. 6. iis dirimendis spatium triennii praefinat,  
 vt ne commemorem notissimum illum Capitulationis locum  
 Art. I. §. 11. ipsamque naturam rerum, quae arbitrium iudicis  
 proprie respuunt ac solam fere executionem desiderant, adeo  
 vt TREVERVS in primis in Iurispr. circ. tit. off. Imp. p. 65.  
 in his causis potestatem iudiciariam Imperatoris plane nolit  
 commemorari, sed solum potius pacis exsequendae munus  
 implorandum esse censeat. Vt cumque hoc esse dixeris, nunc  
 quidem.

quidem opus non est quaerere de genere, nomine ac requisitis actionis, de quibus omnibus veteres Icti, GAILIVS Obfl. l. 2. CRANIVS de pac. relig. P. III. probl. 3. LYNCKERVUS de cauff. iud. cam. fund. c. II. §. 3. et complures alii, longe lateque disputant, quamquam, si curatius eos inspexeris, de actione poenae ex violatione pacis persecutoria potissimum locuti fuisse videntur. Quae quidem etsi ex obseruatione BLVMII in Proc. Cam. tit. XXVIII. §. 78. et DECKHERRI in Vind. de pac. relig. p. 454. per R. I. N. §. 193. neutiquam est sublata, primum tamen hac nostra aetate tum contra ipsos Ordines, tum vero, cuius rei causam LVDOLFVS in primis de iur. cam. p. 45. explicat, contra subditos vix frequentior futura videtur, quam ex pace publica esse solet, cum ne fiscalis quidem saepenumero poenam eiusmodi violationis persequi auidatur. Nam grauati fere semper iure electionis, quod pax publica de An. CIODXLVIII. tit. 10. tribuit, ad solam reparationem damni agunt, neque vllum illius actionis a priuato aut Ordine etiam imperii institutae exemplum reperi, nisi quod BOEHMERVM aliquando To. II. Consult. et Decif. P. 2. p. 581. sqq. hac de re interrogatum fuisse legerim. Deinde si vel maxime sit frequens, tamen ad hanc disputationem hautquaquam pertinet, vbi de persecutione non poenae, sed rei et quadam quasi (neque enim haec verba iuris ciuillis vlllo modo premi velim) actione rei persecutoria agitur. Hoc igitur loco ad similitudinem processus mandati S. C. quem hic modus tollendi grauamina religionis ex magna parte sequi videtur, sufficit facti, quo quis laesum se conqueritur, narratio adiecta imploratione legitimi auxilii, de cuius rei effectis nunc est pluribus dicendum.

## §. XIX.

*Discernendae caussae liquidae et illiquidae.*

Ac primo quidem Imperator nupero decreto Euangelicorum paullo ampliorem huius rei potestatem accepisse vide-

videtur, quam ex legibus antea habebat. Probarunt enim Evangelici, quod scripserat, se quidem turbatis ea remedia iuris semper daturum, quae cuique causae conuenientissima iudicaturus esset. Ceterum tamen ne ipse quidem legibus hac in re plane solui voluit, sed tum eodem in rescripto has causas in iudiciis imperii ex praescripto legum executiue tractatum iri spondit, tum proximo etiam anno d. XVIII. Iunii ad illud decretum Euangelicorum ita rescripsit: *wir werden unser vordevsamstes Augenmerk unabweichlich darauf richten, die Recht und Ordnungmässig eingeklagte und fernerhin einklagende Religions-Beschwerden ohne Aufenthalt durch die beeden Reichs-Gerichte Obrist-Richterlich zu entscheiden, und nach denen in den Friedens-Schlüssen und Reichs-Gesetzen vorgeschriebenen Mitteln zum Vollzug zu bringen.* Ac fortasse dixerit aliquis coniciendi paullo studiosior, hanc quoque causam habuisse Euangelicos deligendi ex suis, qui iura conquerentium explorarent, causasque ad cognitionem et decisionem iudicum quasi praepararent. Itaque, quod in decretis paullo ante commemoratis Imperator ipse fecit, ex R. E. §. 3. et R. I. N. §. 191. accurate tenendum est discrimen causarum liquidarum et illiquidarum, cum exinde res omnis fere pendere videatur. Sed hic statim existit ardua multisque et magnis controuersiis inclita quaestio, quanam tandem causae aut liquidae aut illiquidae censei debeant. SVNDERMAHLERS quidem in Opusc. p. 258. obiter inspectis Actis Comitibus eos demum casus liquidos esse perhibebat, *qui ab vtraque parte pro talibus censerentur*, sed errorem, illo hac de re quidem nihil amplius oblocuto, iam ostendit STRUBENIVS To. IV. Hor. Subsec. p. 329. sq. Ac profecto, vt non dicam, quod in aliis quoque locum habere potest, per hanc explicationem causas religionis pro arbitrio fere iudicantium, si sint paullo leuiore, cum iniuria et rei et actoris pro liquidis et illiquidis haberi posse, videtur etiam exinde consequens futurum, vt tum omnino tum inprimis a iudiciis imperii aut nulla aut paucissima saltem

F


graua-

grauamina religionis tollantur, sed res omnis potius ad trans-  
 actionem comitalem aut ad sponsores pacis redeat. Neque  
 enim in his causis difficile est dissensum efficere, cum vel  
 sic de iis rebus, vnde maxima fere pars grauaminum subnasci  
 solet, Evangelicorum atque Catholicorum diuersissimae sint  
 opiniones, adeo vt, quod vni parti euidenter ac sine ulla  
 dubitatione paci et legibus repugnare videatur, id neget  
 plerumque altera, saltem non liquere contendat. Atque hi  
 demum sunt casus illi, quos R. I. N. §. 191. vocat, dubii,  
 qui ab illiquidis adcurate discerni et quemadmodum iam olim  
 Evangelici apud LEMANNVM d. l. lib. I. p. 97. scripserunt,  
 ipsoque I. P. Art. V. §. 50. et R. I. N. sancitum est, ad  
 Comitia referri debent. Sed recordandum tamen hoc loco,  
 quod ab Evangelicis aliquoties apud SCHAVROTHVM To. II.  
 p. 849. et To. III. p. 978. admonitum est, ac discrimen caus-  
 arum dubiarum et illiquidarum a SVNDERMAHLERO non  
 satis fere obseruatum luculenter ostendit, eam rem non mo-  
 rari debere restitutionem deiectorum in statum normalem,  
 si de hoc quidem liqueat. v. ACT. COMIT. To. II. p. 532.  
 et p. 602. Itaque has causas potius liquidas et illiquidas  
 dixeris, prout iniuria, de qua quis queritur, aut demonstrata  
 aut non demonstrata est, adeoque primum vel per expressam  
 pacis sanctionem vel per legitimam regulae generalis appli-  
 cationem primum de iure conquerentis, deinde vero etiam  
 de vi illata aut constat, aut non constat. Ita enim post  
 diuturnam tandem disceptationem, quae sub exitum ipsius  
 pacificationis secundum ACT. PAC. To. VI. p. 1012. sqq.  
 ortum ceperat, R. E. §. 3. 4. 5. ac R. I. N. §. 191. consti-  
 tuta res fuisse legitur. Ex quibus locis etiam adparet, esse  
 quidem in dirimendis grauaminibus religionis aliquod discrimen  
 causarum liquidarum et illiquidarum, neutiquam vero  
 hoc, vt, quemadmodum SVNDERMAHLERVS in Opuscul.  
 p. 256. et p. 417. statuit, in his tollendis vulgari iuris via  
 eundum sit.

## §. XX.

*Liquidarum nulla cognitio.*

Quod si igitur grauamen planum est ac liquidum, adeoque de iure conquerentis et facto violento iudicibus constat, non immorandum est cognitioni causae. Adparet hoc tum ex iis, quae superiore anno Imperator hac de re iudicii imperii rescriptit, tum vero praeter R. E. §. 5. imprimis ex R. I. N. §. 191. *es sollen sich aber in casibus liquidis die Deputati in cognitione nicht aufhalten, sondern dahin sehen, damit dieselbe obgehörig exquirt werden.* Vnde etiam corrui, quod Euangelicis, nullas in his causis informationes petendas, sed sine vlla reorum interrogatione statim restitutiones saltem S. C. mandandas esse arbitratis, saepius olim obiectum fuit, ab executione numquam inchoandum, sed ante condemnationem reum semper audiendum esse. Equidem non quaeram magnopere, an, quod plerique statunt, et contra MOSERVM *im R. H. P. To. I. p. 12. et p. 232.* cui deinde etiam FREISLEBIVS in *Probl. mand. S. C. ob exc. sub et obrept. imp. non pareri c. III. §. 6.* adensus est, KNORRIVS in *der Anleit. zum ger. Proc. p. 9.* defendit, per mandata S. C. ab executione inchoetur. Sit ita. Hic profecto locum habet, quod Catholicos olim in pacificatione Westfalica To. II. ACT. PAC. p. 56c. scribere memini: *es hat in den Reichs- und Rechts-Ordnungen seinen gezeigten Weg, wann und in was Fällen, vornehmlich da unvordersprechliche notoria attentata, turbationes, spolia, eigenwillige und gewalthätige occupationes über und wider ganz klare Reichs-Schlüsse vorlauffen, gestrack von der Execution angefangen werden soll und kann.* Etenim cum grauamina religionis in liquido constituta dici nequeant ante, quam cum violatione iuris publici querentibus ab alio quidquam ereptum fuisse adpareat, per hanc ipsam eorum naturam nihil fere superesse videtur, de quo iudices cognoscant. Itaque potest sane ac debet adeo ex legibus in his



controversiis ab executione initium eo magis fieri, quocertius res ecclesiastica in aeternum ad statum normalem ita redacta est, ut, quidquid etiam post alios SYNDERMAHLERS in Opusc. p. 271. sqq. et KRAVSIVS in *der Verdr. des nudi facti poss.* p. 112. sqq. contra disputarunt, deieci inde turbatiue omni tempore *plenarie et pure, illico, omnino, absque mora et indistincte, statim* et quod maximum est, exclusis omnibus exceptionibus in eum restitui debeant, quoe magis etiam in aliis causis, quae ne omnino quidem exceptiones respuunt, mandatis S. C. decernendis initium ab executione fieri potest. Neque aduertatur forte, quod ab ipsis Euangelicis ap. SCHAUROTHIVM To. II. p. 102. in *der STAATSC. To. XXXI. p. 99.* et passim admonitum atque etiam Capitul. Art. XIX. §. 7. cautum fuit, ut ne facile inauditis magistratibus pro ciuibus decernerentur, cum haec omnia ad aliud genus causarum pertineant.

## §. XXI.

*Sed sola executio.*

Igitur in grauamine plano et liquido ex R. E. §. 5. ad executionem statim descendi aut restitutio saltem S. C. mandari debet, nisi hoc forte ob consuetudinem iudicii dignitatemque turbantis, uti inter alia in causis Palatinis factum nouimus, per modum rescripti fiat. Etenim cum sponte aliquis et vltro, late hoc MOSERO in *den Nebenst.* p. 305. sqq. demonstrante, grauamina religionis tollere atque rem ecclesiasticam ad statum decretorium reducere possit: nemini facile, praesertim in tanta exemplorum multitudine atque ipsius I. P. Art. XVI §. 2. auctoritate, in mentem veniet dubitare, quin hoc ei praecipiat. Hinc si paret reus, idque iudicibus die constituto sine contradictione conquesti comprobatur, lis est finita. Verum hoc loco solet saepius accidere, ut reus quidem se contendat paruissse, sed negante id ac multis modis repugnante actore. Quod ubi

eue-



— — — — —

44

euenerit, potest quidem causa cognosci in iudicio, atque hoc modo pro diuersitate eius vel absolui reus, vel ad restituendum adiecta eius rei perficiendae ratione et grauiore comminatione denuo condemnari, sed possunt quoque ad componendam litem Commissarij ad locum ipsum mitti, quorum necessitatem Euangelici etiam ex his controuersis de peractis restitutionibus non raro subnascentibus apud SCHAVROTHIVM To. III. p. 86. et p. 140. demonstrarunt. Sed saepenumero etiam fieri potest, vt rei se non paruiffe fateantur, additis exceptionibus sub et obreptionis, quibus eam rem excusent causamque ab actoribus falso ac perperam narratam fuisse contendunt. Hoc igitur facto res ita, vt eodem casu in alijs mandatis S. C. tractanda videtur. Prout enim reus aut manifesto temeritatem et calumniam prodit, aut speciem veri prae se fert, iudices aut ipsi eum statim repellere, et ni pareat mandato, vim et executionem ex legibus minari, aut exceptiones ad refellendum cum actore communicare debent. Qui si replicando eas eliserit, non est amplius cunctandum, sed quemadmodum Euangelici apud SCHAVROTHIVM To. III. p. 179. monuerunt, ferenda est sententia, quam vocant, paritoria plena, subiecta comminatione aut constitutione executionis. Enimvero cum in his causis, quemadmodum ex R. I. de An. CIODXCIV. §. 76. in causis pacis publicae, ad mandata S. C. decernenda non absolutissima probatione, sed demonstratione tantum opus sit, adeoque fieri possit, vt exceptiones rei in continenti liquidas actor vel non omnino vel plane non euertat, obseruandum adhuc est, actore nihil refutante rescindi mandatum S. C. quod per fraudem et falsam rei narrationem impetratum adpareat. Contra vero, vbi eas non omnino refellat, rem redire ad eum modum, qui dirimendis grauaminibus illiquidis constitutus est, atque nunc paullo copiosius explicandus esse videtur.

*Illiquidarum cognitione opus.*

Tam grauamina illiquida per se maxime duplicis sunt generis, prout aliquid deest eorum, quibus naturam liquidorum absolui vidimus. Neque enim facile futurum est, vt super eiusmodi iniuria aliquis sine vlla confirmatione narrationis iudicia imperii imploret ac temere adeo et frustra opem et auxilium petat, cum et natura rei satis ostendat, et LVDOLVVS quoque de iur. cam. p. 119. cum alijs ex R. I. N. §. 79. inprimis moneat, *ante decernendos processus narrata verosimiliter probanda esse.* Sed plerumque etiam adparet factum esse id, de quo tamquam de iniuria actor queratur, nec vero liquet profusus, esse iniuria factum. Itaque si hoc est, decerni debent mandata inhibitoria, quae licet ipsa, vt cum HARTMANNO de vsu limit. mand. S. C. §. 7. loquar, speciem executionis constituent, tamen ex R. I. N. §. 193. hic locum habent, quoniam comparata sunt ad compescendam facti viam, quae vt omnino, ita in his. causis potissimum sub poena fractae pacis prohibita est. Quapropter etiam hoc casu multi, nisi oppositis exceptionibus sub et obreptionis in continenti liquidis, deiectos statim restituendos, iisque restitutis turbatoribus potissimum in iure agendum esse arbitrantur. Nec videtur hoc per superiorem disputationem a vero alienum, nec nouum aut nullius exempli, cum in spolio id maxime iuris esse constet. Sed quidquid sit huius rei, cognoscenda est causa, quo adpareat tandem, vtrum id, quod liti causam dederit, iniuria factum sit, nec ne, vel vt paullo euidentijs res enunciatur, vtrum is, qui turbatum deiectumque se conquestus sit, restitutionem ex legibus petere potuerit, nec ne. Cautum hoc ipso R. I. N. §. 191. *in illiquidis sollen die erforderliche requisita restitutionis und daß der Casus dem instrumeto pacis, Kayß. Executionsedict, arctiori modo exequendi, Nürnbergischen Re-*  
cess,

*cess, oder in denen Fällen, so durch den Friedens-Schluss nicht  
 geändert, dem Religions-Frieden gemäß, consequenter ad pun-  
 ctum restitutionis qualificirt sey, bewiesen werden.* Itaque  
 cum in grauaminibus illiquidis plerumque agatur de causis,  
 quae non tam expressa pacis sanctione, quam generali po-  
 tius regula de statu decretorio continentur, hoc velut fun-  
 damenti loco poni debet, in his causis non esse cognocen-  
 dum de iure, sed quemadmodum Euangelicis iam sub exitu  
 pacificationis Westfalicae To. VI. ACT. PAC. p. 300. sqq. et To. II. ACT. EXEC. p. 811. sqq. contra Catholicos  
 monuerunt, de solo facto possessionis. Adparet hoc tum  
 ex ipsa pacis formula atque arctiore modo exsequendi, tum  
 inprimis ex Rec. Executionis, quo quidem ex obseruatione  
 Euangelicorum ap. SCHAVROTHIVM To. I. p. 489. quinque  
 diuersis locis hoc est cautum ac §. 3. potissimum ita con-  
 stitutum: *in dem puncto restitutionis sind aus dem I. P. und  
 nach desselben gesetzter norma vniuersali terminorum a quo,  
 regulis item tam generalibus, quam specialibus fürnehmlich nach  
 dem blossen facto possessionis, vsus, obseruantiae et exercitii die  
 casus liquidi ab illiquidis zu separiren.* Vnde etiam intelli-  
 gitur, quale sit illud factum possessionis, de quo cognosci de-  
 beat. Nempe vt LVDOLFI verbis Obfl. III, 275. p. 202.  
 vtur, *in negotiis statum religionis in imperio concernentibus non  
 ad possessionem praesentem sive momentaneam, sed vnice ad  
 possessionem, quae anno decretorio obtinuit, in discernendis  
 mandatis definiendisque causis respici debet,* ac recte adeo  
 Euangelici apud SCHAVROTHIVM To. III. p. 198. monue-  
 runt, nullum hic aut petitorium aut possessorium, cuiuscum-  
 que esset generis, locum habere. Sed hinc maxime tot  
 olim eorum querelae de iudiciis imperii, quae contra leges  
 dixerunt in his causis saepenumero ad similitudinem petito-  
 rii cognouisse de iure, aut quemadmodum apud EVMDEM  
 To. III. p. 156. est, genus aliquod possessorii summarissimi con-  
 stituere coepisse. Itaque etiam praeterito anno hoc maxime  
 petierunt ab Imperatore, prouideret, ne iudicia imperii in  
 cogno-



cognoscendis dirimendisque his controuersis a statu annorum normalium vique recederent.

§. XXIII.

*De loco cognitionis.*

Sed in superiore etiam disputatione Euangelicos vidimus saepe numero cognitionem harum causarum, si qua opus esset, non tam in iure, quam potius in domicilio querentium datis commissariis instituendam contendisse. Nec possunt, eleganter hoc admonente To. VI. Hor. Subf. p. 208. STRVBENIO, loca Capit. Art. XV. §. 7. et Art. XVIII. §. 5. quibus Imperator intempestiue dandis ad causas cognoscendas commissariis nemini procerum molestiam se creaturum spondit, vlla plane ratione pertrahi ad has lites, in quibus componendis tantum abest, vt ordinaria iuris via incedendum sit, vt exinde potius ipsorum Commissariorum insigne aliquod discrimen existat. Nam qui aliis in causis instituuntur, ex I. P. Art. V. §. 51. *res quidem a se gestas referre et vota subiungere, instar tamen sententiae nihil definire possunt:* contra vero huius generis commissarios, ipsa iuris auctoritate I. P. Art. XVI. §. 2. 3. R. E. §. 5. ac R. I. N. §. 191. satis hoc comprobante, Euangelici saepius inprimisque apud SCHAVROTHIVM To. I. p. 356. et To. II. p. 848. mouerunt, lites non modo cognoscere, sed etiam iudicare iudicataeque sine vlla relatione aut prouocatione perficere posse. Nec dicas forte grauaminibus religionis paruas non raro et exigui momenti causas subesse. Si quid enim vique, hoc profecto verum est, quod apud EYMD. To. II. p. 866. et To. III. p. 142. contenderunt, etiam minimo inesse violationem sanctissimarum legum, quae, nisi iniitiis statim occurratur, maiorem deinde in modum infringi ac penitus tandem prosterni soleant. Hoc autem malum, vnde summa necessario futura esset rerum perturbatio, non videtur certius aut facilius celeriusque auerti posse, quam mittendis  
ad

ad loca ipsa commissariis, qui itatum rei, quod in iure adeo non semper satis adcurate fieri potest, praesentes circumspiciant caussaque cognita ex legibus omnia constituent. Nam cum ipsis legibus satis sit definitum, quid et quomodo in his causis agendum sit, ne opus quidem est propriis ac peculiaribus mandatis, neque ea res etiam, quemadmodum in SEL. IVR. PVBL. NOV. To. XXVII. p. 139. videbatur, aduersa forte maiestati Imperatoris, quoniam auctoritate eius ac nomine omnia perficiuntur, et quod caput rei est, ac repugnantibus licet multis ad sola tempora pacificationis hautquaquam pertinet, ipso R. E. §. 5. cautum nouimus: *was liquidum, soll denen Creyßauschreibenden Fürsten simpliciter ad exequendum, was aber propter defectum sive informationis sive probationis, irem absentiam vnus vel vtriusque partis diß Orts nicht geschehen kan, denen Creyß-auschreibenden Fürsten mit Einschließung einkommender Klagen oder Begehren zu weiterer Erkundigung der Sachen und zugleich mit nach deren Befindung zu wirklicher Execution überschickt werden.* Vnde etiam nemo obicere potest, grauatos implorandis iudiciis imperii causam cognitioni et sententiae iudicum permisisse. Hi enim tenentur legibus, a quarum praescripto vbi in cognoscendo et decernendo decesserint, grauatis etiam hoc implorato auxilio, ad quod solum legibus ne obstructi quidem sunt, ex memorabili epistola Euangelicorum apud SCHAVROTH. To. III. p. 140. sqq. qua in vniuersum, quae hac de re dici debebant ac poterant, omnia complexi esse videntur, salua sunt reliqua remediorum genera. Sed nupero decreto Euangelicorum etiam hoc loco quaedam immutatio facta esse videtur, adeo vt nunc pro arbitrio hae causae, obseruata aequalitate religionis, vnde tamen multas praeterito tempore Euangelicorum querelas v. c. apud SCHAVROTHVM To. III. p. 980. et in *der N. STAATSC. To. XXI. p. 443. sqq.* ortas fuisse constat, aut per Commissarios in domiciliis querentium, aut modo hoc recte fiat ac per naturam rei fieri possit, in iure a iudicibus cognosci possint.

G

§. XXIV.

*De modo cognoscendi.*

Ceterum quod ad cognitionem ipsam attinet, sunt quidem tractandum esse arbitrentur atque hoc maxime probare cupiant auctoritate R. I. N. §. 124. quo quidem loco reuisioni in causis religiosis effectum suspensiuum relictum esse constat. Sed memini me olim apud MOSERVM in *den Han. Bericht.* To. II. p. 81. quem librum nunc ad manus non habeo, egregiam huius loci explicationem legere, ac docuerunt etiam PVTTERS in *Introd. in rem iud. imp.* §. 476. NEVRODIUS in *der Erläut. des jüng. Reichsabsch.* p. 523. sqq. ac STRUBENIUS To. II. *Resp.* p. 40. sqq. ex ipsis actis et commentariis Legatorum eum hautquaquam pertinere ad causas religiosas pace Westfalica compositas. Neque habet etiam opinio illa aduersariorum vel minimam probabilitatem, cum locus maxime profectus sit a Legatis Evangelicorum, qui paullo ante in pacificatione Westfalica summo studio et labore eo tandem rem deduxerant, ut hae causae celeriter ac sine mora conficerentur. Hoc enim consilio non modo sat angustum triennii spatium iis finiendis praefixum, sed multis etiam locis I. P. et R. E. cautum, ut cognitione super solo facto possessionis instituta illico, mox, confestim et sine mora restitutiones fierent, ac recte adeo et naturae rerum conuenienter Evangelici omni tempore contenderunt, ut causa breuiter et quantum, ut apud SCHAVROTHIUM To. III. p. 143. aiunt, opus esset in possessorio summarissimo, cognita, hae lites sine vllis ambagibus dirimerentur. Ac potest etiam ex illo ipso loco R. I. N. cum iisdem To. III. p. 980. argumentum aliquod peti ad probandam illam in cognoscendo celeritatem, cum ibidem disertis verbis prae reliquis omnibus confici iubeantur. Sed Imperatores ipsi id haut raro facti sunt, nouimusque hunc inprimis, qui nunc imperat, ad maturandam ho-

rum

rum diffidiorum compositionem hoc quoque praecepisse nuper iudicis imperii, ut sub finem cuiusque anni sibi redderent indices omnium harum causarum addito die de iactae decisaeque litis, ostenderentque etiam, utrum omnino, an ex parte tantum diremtae fuissent et neutro facto causas morae adiicerent.

§. XXV.

*De decisione litis et executione sententiae.*

Finita igitur hoc modo cognitione grauatus aut causa cadit aut victor discedit, prout iudicibus ex statu normali, unde in his rebus omnia fere pendent, ius suum aut comprobavit, aut non comprobavit. Sed existit hoc loco quaestio subdificilis, quae tum in praesenti magni est ad has causas decidendas momenti, tum in posterum etiam, pluribus elapsis annis, multo adhuc maioris futura videtur: an non sit quaedam praesumptio possessionis normalis? Itaque, si qui forte ab ipso domino aut Principe talem iniuriam factam sibi conqueruntur in eiusmodi regione, cuius in anno decretorio eundem ubique statum fuisse constat, neque abhorrentem illum a causa conquerentium, cum MOSERO *von Reichstagsgesch.* lib. IV. c. 6. §. 46. arbitrer dubitari non posse, quin pro iis praesumendum sit, donec contrarium demonstratum fuerit. Sed maior est difficultas primum iis in regionibus locisque, ubi illo tempore sacra promiscua fuerunt et status rerum diuersus: deinde si his sit de singulis quibusdam iuribus inter dominos aut ciues diuersorum territoriorum. Putauerim tamen etiam hoc casu in re dubia et ambigua praesumptioni pro grauato nonnumquam esse locum, ubi demonstrauerit, se statim ante et post illum annum habuisse id, quod ablatum sibi aut imminutum queritur, aut etiam ubi a longo inde tempore possessionem rei litigiosae ostenderit. Nam quod supra monti ac *MOSERVS in den Nebenst.* p. 330. sqq. multis argumentis ostendit, nullam in his controuersis tollendis, nisi normalem, posses-

possessionem valere, id pertinet tantum ex adcurata obseruatione STRVBENII To. II. Resp. p. 47. ad eas causas, vbi de statu anni decretorii liquet, nec debet adeo detorqueri huc, vt, si hac de re non constet, praescriptione ac longa possessione nemo se tueri possit. Huc certe retulerim, quae idem To. III. Hor. Subf. p. 258. sqq. de vi praescriptionis in his causis disputasse legitur. Sententia igitur pro grauato lata res est confestim ac sine mora ad exitum deducenda, et quod de his causis omnibus valet, auctore litis ablatâ non restituente ex I. P. Art. XVI. §. 2. sqq. Directoribus circulorum, ad quos, nisi forte sint participes rixae aut restituenti peculiare commissarios petant, harum quoque rerum iudicatarum executio pertinet, serio mandandum, vt restitutionem deiecti sumtu condemnati perficiant. Qua quidem in re etsi seruari debet aequalitas religionum, executoribus tamen ex postulo Euangelicorum apud SCHAVROTHIVM To. III. p. 200. 981. 995. hoc necessario fere dandum videtur, vt mandata et vniuersi et singuli (*Jamt und sonders*) peragere possint. Namque hac ratione demum videtur futurum esse, vt sententiae exitum habeant, neque imminuitur, vt SVNDERMAHLERVS in Opusc. p. 200. sqq. opinatur, illa, quam seruandam dixi, aequalitas religionum, quoniam potestas exsequendi vtriusque religionis confortibus datur, qua si alteruter forte non vtatur, propria est, non aliena culpa. Ac factum id etiam nonnumquam, etsi ceteroquin multae controuersiae super his executionibus praeterito tempore subortae sunt. Sed sub hoc tandem Imperatore coaluisse videtur Germania in mutua amicitiae et concordiae vincula, spesque eluxit, fore vt exemplo huius tam iusti tamque aequabilis Principis omnes in posterum solam secuti humanitatem, eiuusmodi diuersorum sacrorum odiis, benignitate, elementia et moderatione animi erga alios vtantur. Equidem in fine scribendi pro euentu huius spei vota facio, satisque habeo, si cum pudore saltem ac verecundia sine obreftatione cuiusquam aut adsentatione aliorum studia aemulatus hoc libello videar.



ULB Halle  
007 368 429


3



v. 78







B.I.G.

Farbkarte #13

E. 19. num. 21.

11

DE  
GRAVAMINIBVS RELIGIONIS  
AVCTORITATE IVDICIOR  
IMP. TOLLENDIS

48c  
384

COMMENTATIO

AVCTORE

1771, 2

D. CAR. HENRICO GEISLERO

SER. MARCH. BRAND. CONS. AVL. ET PROF. IVRIS PVBLICI  
IN ACADEMIA FRIDERICA ALEXANDRA

ERLANGAE  
IN TABERNA WALTHERIA  
A. C. MDCCCLXXI

